

**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**


Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

Herbipoli, 1700

Sæculum Septimum. Contines res in Ecclesia memorabiles, quæ
contigerunt ab anno 600. ad annum Christi. 700.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64756](#)

• 6 (90.) .



SÆCULUM SEPTIMUM.

Continens res in Ecclesia
memorabiles, quæ contigerunt ab
anno 600. ad annum Christi.

700.

DECAS I.

* Ab anno 600. ad 610. *

Ecclæsia Christi magna sumit incre-
menta in Anglia, curante sollicitè Gre-
gorio Papâ, & impigrè laborante S.
Augustino. Cujus operâ pleraque Gentilium
fana ad sacrum veri Dei cultum con-
vertuntur. Et S. Augustinus primus Can-
tuariensis Episcopus & Angliæ Apostolus
nominatur.

Romæ celebratur Concilium pro causa
monachorum valde favorable, quo sanctum
est, ne monachi imposterum ab Epis-
copis in sua quiete turbarenrur, & illis li-
beræ essent Abbatum suorum electiones,
neq;

Ab anno 600. ad 610.

91

neque invitis Abbatibus novis ordinatio-
nibus ab Episcopis onerarentur.

Reges Francorum Theodobertus &
Theodoricus fratres, & Clotarius II. filius
Regis Chilperici, mutuis se bellis lacerant
& conficiunt. Viatus in pugnâ peracerba
(quâ durante visus est Angelus Dei evagi-
nato gladio excidium minitari) Clotarius
Parisios confudit, ibique obsidione cinctus
se & magnam partem ditionum suarum
tradere coactus fuit, & didicit sero, quod
Fredegunde matre suâ, quamvis iniquâ
nimis citò caruerit.

* (602.) * Ariulphus Spoleti Dux
paganus prælio vincit Romanos. Incen-
ditur Aquileia, & Patriarcha Aquileiensis
Gradensis ab eo tempore appellari incepit.

Fatalis fuit hic annus Mauritio Impera-
tori, quem populus adeo despexit, ut
Maurum quendam hominem Mauritio
non dissimilem super asinum imposuerint,
& coronâ ex alliis confectâ coronatum
circumduxerint, eumque sannis ac ludi-
briis infestati sint per omnes urbis plateas.
Prænunciatum quoque fuit Imperatori,
ab eo occidendum esse, qui nominis sui
has initiales litteras referret P. H. Unde
in suspicionem adductus Philippicus mari-
tus sororis Mauritii maturâ fugâ sibi con-
suluit,

fuluit, donec de vero nomine interfectoris futuri ipse Mauritius à Christo in somnis apparente, certior factus suspicionem depositus. Misit posthac Imperator ad omnes viros pios, ut à Deo obtinerent, ne in futura vita, sed potius in hac puniretur, ob magnam suam crudelitatem & avaritiam, quā multa millia innocentium Christianorum, quos minimo pretio redimere poterat, ab Avarum Rege immaniter trucidari passus est. Itaq; cùm Romanus miles jussus esset ultra Istrum hyemare, rebellavit adversus imperatorem, atque impostum clypeo sediciosum centurionem Phocam dixit Augustum. Erat autem Phocas omnino deformis corpore, & animo adhuc fædior, in quem omnia vitia præter hæresin confluxisse constabat. Hic statim suorum alacritate usus venit ad Hebdomum, fugiente in suis navibus Mauritio cum uxore & liberis. Statim receptus à Senatu Phocas, & à Cyriaco insignibus Imperii exornatus est. Cùm autem ventus contrarius in portum Mauritium repulisset, in conspectum novi Imperatoris attractus vidi in suis oculis suos liberos parvulos masculos quatuor trucidari, nihil aliud quā illud Davidis proferens, *Justus es Domine, Sicutum judicium tuum, & cum nutrix*

nutrix unum è pueris subtraxisset neci & pro illo proprium suum filium offerret, id Mauritius fieri prohibens, verùm suum filium prodidit, qui visus est è vulneribus lae fundere cum sanguine. Tandem & ultimo loco ipse occisus est, & omnium absissa capita delata in campum juxta tribunal, ad fætorem usque ibi permanerunt, donec factâ à Phoca licentiâ tandem humata sunt. Sed & Petrus frater Mauritii cæsus est, Philippicus autem Sacerdotio initiatus & Gordia ejus conjunx ac soror Mauritii simile quietum vitæ genus arripuit. Supererat cædi Theodosius primogenitus Mauritii qui à Patre in Persidem ad Cosrhoëm missus erat pro rogan-do auxilio, sed & hunc Phocæ ferrum brevi post è medio sustulit. Memorat autem historia quod hæc quæ Constantinopoli gestâ sunt, eodem momento per statuas quasdam æneas Dæmonum arte Alexan-driæ nunciata fuerunt.

Hoc tempore tantum frigus sæviit, ut congelato mari pisces perierint, insuper pestis & famæ grassatæ sint. Quo intel-ligeretur vindicis ira Dei qui non tantum Phocâ Tyranno sed aliis quoque flagel-lis Imperium Orientale afflixit.

* (603.) * Theodosius Mauritii pri-moge-

mogenitus interceptus Nicææ à Phoca interficitur. Cosrhoës verò legationem Phocæ repulit ulturus acerrimo bello Mauritii necem: Romani autem tum Clerus tuus populus imaginem Phocæ ab ipso Imperatore transmissam (sic enim tum moris erat ut novus Imperator ad subditas sibi provincias mitteret effigiem publico honore exponendam,) summè venerati sunt, nec defuit officio suo summus Pontifex Gregorius qui gratulatorias Phocæ & Leontiæ Augustæ transmisit, & reciprocas humanitate & Imperatoriâ benevolentia plenissimas recepit.

Romæ reprimitur error quo volebant nonnulli diem Sabbathi non minùs ac Dominicum diem colendum esse. Cujusmodi homines S. Gregorius vocat AntiChristi prædicatores, qui die Sabbathi atque Dominico operari prohibebit, Sabbathum quidem celebrans quia populum judaizare compellet, Dominicum autem, quia eâ se die resurrectum mentietur.

A criter S. Gregorius arguit Paschasiūm Neapolitanum Episcopum quod vili vestitu & nullo comitatu, nec nisi uno aut duobus Clericis secum assumptis quotidie ad mare obambularet, & extraneis adeo vilis ac despabilis appareret ut nihil habere vel

vel ingenii vel auctoritatis ac Reverentiae
Episcopalis videretur.

Arnulphus Longobardus Dux Spoleti-
nus Romanum obsidere parat: cui Gregorius
comparatis copiis ad fortiter resistendum
se suosque præmunit, & habuit in hoc ne-
gotio piissimus æquè ac generosissimus
Pontifex magno animo Principes ac bella-
tores viros sibi obtemperantes, qui
æquè pietate ejus ac armis felices tutos-
que se existimabant.

* (604.) * S. Gregorius pacem init
cum Agilulpho Rege Longobardorum &
infantulo ejus ritu Catholicō baptizato à
matre Theolindā, mittit philaëteria & mu-
nera, quæ simul & gratum animum & pie-
tatem testarentur.

Moritur Gregorius Magnus anno Pon-
tificatus sui decimo quarto jam inchoato,
de quo Ildephonsus Episcopus Toletanus
scripsit, *Fuisse sanctitate Antonium, eloquentiam*
Cyprianum, sapientiam Augustinum. ut mirum
non sit, visum esse ei sub specie columbae
assistere Spiritum S. cum aliquid scriberet.
Huic successit Sabinianus Volaterranus,
ejus antè Constantinoli Apocrisarius,
ideoque pœnè jam Gregorii suffragio di-
gnus hâc sede judicatus.

Cosrhoës irrupit in Romaunm Imperi-
um,

um, & Narses Edessam obtinens in Phocam rebellavit. Domitius magister militum missus in Cosrhoëm se & exercitum perdit. Simili eventu Germanus Prætor a Nasute vincitur, cæso fugatoque exercitu.

¶(605.)¶ Sabinianus Papa moritur, de quo Sigebertus narrat, eum liberalitati S. Gregorii antecessoris sui derogasse, ideoque ab ipso Gregorio per visum ter sua tenacia fuisse reprehensum, & cum nondum resipisceret quartâ vice terribiliter increpatum, capite insuper percussum esse, & hoc dolore afflitum non multo post diem suum obiisse. Et propterea, ut refert Anastasius, non ex more per medium civitatis corpus ejus cum funebri pompa delatum est, sed ejectum extra urbem portam S. Joannis, & usque ad pontem Milvium deductum, & inde in Ecclesiam S. Petri illatum, ac sepultum. Et hoc factum propter populum nimis exasperatum ob negatum tempore famis triticum, quod S. Gregorius antecessor facere consueverat.

Hac eadem fame grassante, cum pauper quidam à nauclero eleemosynam petiisset, & respondisset nauclerus se nihil præter lapides habere, subjiciente paupere: omnia ergo in lapides vertantur, quicquid in navi

navi ciborum erat, fuit in lapides conversum, colore & formâ câdem rerum permanente. Hinc monet Sapiens Eccles. 4. non exasperare pauperem in inopia sua, quoniam maledicentis ipsius deprecatio exaudietur.

Phocas Narsetem, qui rebellârat, iteratis de securitate juramentis ad Romanos redire persuadet, & perjurus vivum comburit. Hic infelix exitus fuit fortissimi Dux, Gothornm, Persarum, aliorumque Barbarorum victoriis clarissimi.

• (606.) Bonifacius III. Constantiopolis Apocrisarius, apud Phocam Pontifex elititur, accidit enim sæpius, ut qui hoc munere apud Imperatores functi sunt, eligerentur Pontifices, utpote quos Imperatoribus præ cæteris gratos Clerus Romanus esse noverat.

Simultas inter Phocam & Cyriacum exorta, quod hic Constantinam relietam Mauritii Imp. cum tribus filiabus consilio Germani Patricii Imperium ambientis ad Ecclesiæ asylum confugientem receperit, & Phocæ per vim extrahere conato, populi assistentiâ fretus restiterit, donec iuramento à Phoca præstito de nece nō inferenda eductæ & salvæ in monasterio inclusæ sunt. Quod Phocas tam acerbè tulit, ut in

E

odium

90 Ab anno 600. ad 700.

odium Cyriaci edito Imperatorio sancti
verit, nomen *Universalis* tantum Romano
Pontifici convenire, qui solus caput esse
omnium Ecclesiarum, Constantinopolita-
nos autem Episcopos id sibi iniquè arro-
gasse. Cyriacus autem mærore confessus
hoc eodem anno è vita discessit. Tradunt
Bonifacium III. hoc ab Imperatore Phoci
impetrâsse; factum scilicet optimum à pes-
simo tyranno.

Moritur Bonifacius, cùm sedisset men-
sibus tantum octo.

¶(607.)¶ Succedit in Pontificatu Bo-
nifacius IV. natione Marsus, qui statim
obtinuit à Phoca Pantheon nobile Roma
delubrum à Marco Agrippa ter consule,
tempore Augusti erectum, Joviique vindic-
i consecratum, quod adhuc intactum re-
manserat à Christianis, dæmonum sedes
demolientibus, id nunc à fôrdibus Idolo-
latriæ expurgatum in honorem B. V. Ma-
ritiæ, & omnium Sanctorum Bonifacius
consecravit.

Detecta est conjuratio Constantiaz
Mauritii quondam occisi uxoris, & Ger-
mani Patricii adversus Phocam, sub spe
vitæ Theodosii filii Mauritii, quem fama
ferebat in vivis adhuc esse, & alium ei si-
millimum cæsum fuisse. Hæc tyranno fuit

am-

amplissima exercendæ suæ crudelitatis
materies & occasio, Constantinam enim
cum tribus filiabus eodem loco quo Mau-
ritius cæsus fuit, gladio interfici Germanum
quoque & Theodorum Orientis præ-
fectum aliosque multos Patricios obtrun-
cari jussit. Fuerunt autem ex familia Mau-
ritii pleræq; pietate insignes fœminæ, quas
inter celebrantur præcipue Sopatra filia &
virgo sanctissima, Eustolia & Romana, nec
non Damiana quæ soror erat Mauritii Im-
peratoris quæ vitam unâ cum nepte sua ac
Mauritii Hierosolymis piissimè agebat.

Phocâ in nobilium sanguine & cæde fe-
rociter bacchante Cosrhoës totam Syriam
nullo prohibente depopulatus, multoque
Romanorum sanguine ultus est Mauritium
à Romanis tyranno proditum, aut malitio-
se desertum.

Phocas manuum pedumque gravissimis
cruciatibus ægrotat, & à S. Theodoro Si-
ceota sanatur. Qui simul portentum enar-
rat Imperatori quod in Galatia accide-
rat, dum in quibusdam publicis supplica-
tionibus, cruces quæ gestari solent, per se
vehementer concussæ sunt, quod Theo-
dorus de secuturis multorum apostasiis, &
atrocissimis barbarorum incursionibus,
nec non ipsa Imperii ruina interpretatus
est.

¶(608.) ¶ Priscus (alii vocant Crispum) gener Phocæ, negans diutius monstrum ferendum esse, Heraclium praetorem Africæ ad eum tollendum concitat, & Imperium longè latèque fame, peste & à Persis inflictis ubiq; locorum cladibus & excidiis miserrimè conficitur.

Thomæ Episcopo Constantinopolitano mortuo succedit Sergius, tunc maxima spei, sed postmodum in hæresin Monothelitarum prolapsus.

¶(609.) ¶ Judæi hoc anno sæviēt Alexandriæ contra Christianos quorum multos ferro occiderunt, & multos vivos combusserunt. Anastasium quoque Episcopum contumeliosè tractârunt & interfecerunt, qui ideo ut Martyr ab Ecclesia agnoscitur. Furor eorum tandem represus est a Bonoso, in Orientem cum copiis missō, qui plurimos occidit & multos ad terrorem aliis incutiendum male multato relegavit.

Phocas irrisus à Prasinis in circo plures è populo interficit. Quare Prasini conglobati in Prætorium miserunt ignem, quo curia, carceres, scrinia, & scripta, ac documenta omnia incensa, quos propterea Imperator militiâ privavit.

In occidente, Italia gemebat sub gladiis
Lon-

Ab anno 600. ad 700.

91

Longobardorum, Gallia autem fervebat
bellis civilibus.

(610.) Heraclius in Africa Imperator acclamatus, cum magno exercitu navibus Abidum appulit, vietisque mox Phocæ copiis Constantinopoli potitus est. Ad quem Phocas vincitus perductus, manibus pedibusque primùm ac demum etiam capite truncatus a militibus combustus est. Egregiam in hoc operam navavit Priscus, ideoq; Cappadociæ præfetus factus. Sed cum res novas moliretur, ejusdem jussu interfectus est, pœna scilicet semper proditores inseguente.

S. Joannes Eleemosynarius Alexandriæ Episcopus creatur: Heraclius genere Cappadox, ex familia illustri ortus, divitiis & robore potens, ac pulchritudine præstans à Sergio Patriarcha unà cum Eudocia quam sibi desponsarat coronatur.



DECAS II.

* *Ab anno Christi 610. ad 620.* *

611. C Osrhoës Cappadociam popula-
tur, & capit Cæsaream.

Eudocia Augusta peperit hoc anno Hera-
clium minorem, quem è baptismo suscepit

E 3

S. Jo-

S. Joannes Eleemosynarius. Obiit paulo post Augusta, quæ cum efferetur magnifico funere, puella quædam barbara ex fenestra imprudens sputum emisit, & vivi ideo combusta, crudelibus inferiis Eudociæ parentavit.

* (612.) * Cessantibus Persis prædictam saturis, Saraceni Syriam vastare incipiunt flammis omnia consumentes. S. Columbanus Abbas Monasterii Luxoviensis in pago Bisuntino à Theodorico, quod ejus impudicos amores abrumperet, instigante Brunechilde in exilium missus, benignè suscepitus est à Clotario, cui totum Franciæ regnum prædixit. Eadem sceleratissima fœmina Desiderium ac Delphinum Episcopos sustulit, & Martyrum in sortem extulit.

* (613.) * Heraclius Martinam neprem suam duxit uxorem, quam Augustam impie coronavit Sergius, quem detestandum incestum postmodum Deus gravibus malis Heraclio inimisis vindicavit.

Cosrhoës cœpit Damascum, cui Heraclius tributum obtulit, sed rejectus est à Persis, qui totum Romanum Imperium jam spe voraverant. Si belli finis faustus initus respondisset.

Brunechildis Theodebertum & Theodori-

doricum nepotes suos inter se commisit, vicitus ille adductusq; ad aviam, Clericus ordinatus est, & duo ejus filii inspectante hâc furiâ è vivis sublati sunt. qui & tertium Mæroveum juniorem ad pavimentum allisit, omni sensu crudelis fœmina.

•(614.)• Bonifacius diem suum obit, ei que in sede succedit Deusdedit, nomine suo dignissimus.

Lanrentius Episcopus Dorovernensis, cùm statuisset relinquere turbatam Angliam, noctu à S. Petro correptus, & acriter flagellatus, manè facto Regem adiens, remque enarrans plagas ostendit, quibus Rex perterritus, confessim præter speim omni idolatriâ abdicatâ fidem Christianam suscepit, & Episcopos exules ex Gallia revocavit.

Theodoricus Franciæ Rex hoc anno, ut spargitur, fulmine afflatus obiit, sed creditur potius veneno, quod ei Brunechildis propinârat, sublatus. Substitutus est in locum filius ejus Sigebertus, qui Nothus erat ex concubinâ cum quinque aliis fratribus susceptus & satis pius, sed aviæ improbitas eum perdidit: Cùm enim Wernerium per Alboinum evehere ad regnum voluisset, idque Wernerius intellexisset is copias Austrasianas prodidit Clota-

rio, quare victus Sigebertus & captus cum suis fratribus cæsus est. Capta quoque Brunechildis, & tribus diebus quasi magis omnibus tormentis excarnificata; tandem alligata ad caudam pulli indomiti per vires & saxa raptata animam reddidit.

Clotarius solus regnat in Gallia, pietatis & fidei promotor & fautor singularis, qui plus precibus tum suis tum aliorum pietate illustrium, quam armis & consiliis suis confidebat.

Cosrhoës cepit Hierosolymam, & inde Zachariam cum ligno S. Crucis in Persiā den transtulit, Christianorum quoque 90. millia vendidit Judæis, quos hi crudeliter excarnificatos interemerunt, reliquis providit S. Joannes Eleemosynarius, tunc amplum suæ liberalitatis exercendæ campum fortitus.

De S. Cruce illud memorabile, quod tantum terrorem Persis incusserit, ut eam ex sua theca movere non sint ausi.

Vixit hoc tempore S. Antiochus in Palestina Abbas Lauræ S. Sabbæ, qui de S. Crucis captivitate & captâ Hierosolymâ in suis homiliis meminit.

Horrendis modis Ismaëlitæ sive Saraceni grassati sunt in monasteria, passim duris suppliciis monahos membratim concisos enecantes.

* (615.) * Cosrhoës populatur Ægyptum, Lybiam, & Africam. Italia turbata est Joanne Compsyno præfecto urbis Neapolitano tyrannidem arripiente, & postquam Joannem exarchum è medio sustulisset, sed ipse mox pœnas promerita, persolvit ab Eleutherio Exarcho, quem Heraclius miserat, captus & necatus.

S. Deus dedit hominem elephantiasis morbo correptum osculo sanat.

* (616.) * Agilulphus Longobardorum Rex decebens è vita, reliquit regnum Adalvaldo sub tutela matris, fœminæ pientissimæ Theolindæ de Ecclesiâ meritissimæ.

Dum Heraclius tantum de liberis suis promovendis ad Imperium, cogitat, partem patrimonii filiorum suorum Carthaginem amittit a Persis occupatam.

* (617.) * Eleutherius Exarchus assumptâ tyrannide & nomine Regis Italiam à militibus Ravennatis cœditur & Caput abscissum Constantinopolim mittitur.

Deus dedit Pontifex moritur, eiq; Bonifacius V. succedit Agrestinus Monachus quidam Luxoviensis, Aquilejensium schisma in Galliam inveluit, & insolentissime contra Monachorum institutum insurgens multos Episcopos in se tam suam pertra-

E s

xit,

xit, ut Clotario Regi ad has turbas componendas opus fuerit coacto Episcoporum concilio mederi invalescenti malo, in quo S. Eustasius Abbas intra annum ad Dei tribunal citavit Agrestinum mirificeque insolentiam ejus compescuit. Citatus tamen ut rationem coram Divino tribunali redderet, triginta diebus anni vertentis a suo servo (cujus uxore abuti dicebatur) securi percussus interiit. Et schisma deuit cunctis fautoribus brevi resipiscentibus.

Cosrhoës Heraclio pacem roganti inter iniquas alias conditiones jubet Christum abnegare, quâ impietate & imprudentia Heraclius animos sumpsit ad bellum pro Christi causa fortissimè gerendum & vita potius ac regno quam Christo renunciarum.

* (618.) * Chajanus Avarum Rex sub pacis nomine decipiens Heraclium suburbia civitatis Constantinopolitanæ deprædatus est.

Eodem anno sancitum à Sergio Patriarcha Constantinop: & hæc pragmatica sanctio eodeni Sergio postulante Imperatorio decreto ab Heraclio confirmata est, ne quis cooptaretur, imposterum in Clerum nisi in defuncti locum subrogaretur, accedit enim tunc ut procerum favore tot homines

mines se se in Constantinop: Ecclesiam intruderent, quibus alendis redditus non sufficerent.

* (619.) * Sisibuto Hispaniæ Regi mortuo succedit Reccaredus, parvulus, qui & ipse diem obiens post sex menses reliquit Regnum Successori Sintillæ, qui reliquis Imperatoriis pulsis universam Hispaniam sibi asseruit, fuit autem Sisebutus Rex armis & pietate potens, & adeò mitis ac misericors ut etiam captivo hostes suos à suis militibus retentos pretio soluto liberos dimitteret.

* (620.) * Heraclius ab Ecclesiis & religiosis domibus mutuam pecuniam accepit, & vasa sacra confregit ut S. Crucem à Cosrhoë recuperaret. In quem finem Nicætas exactor institutus cum Alexandriam venisset, & pecunias Ecclesiæ non concedente quidem sed nec omnino prohibente S. Joanne Eleemosynario auferret, divinitus aliæ quas Nicætas Joanni donaret suppeditatæ sunt; eodem scilicet momento allatæ sunt ad ipsum plures mellis amphoræ quæ omnes auro plenæ repertæ sunt, quarum cum unam misisset ad Nicætam ille miraculum agnoscens, non solum omnia quæ sustulit, restituit, sed & ipsam

100

Ab anno 660. ad 700.

amphoram remisit, ac de suo libras auri
trecentas superaddidit.

Migravit posthæc Joannes ex hac vita
cum decem annis sedem Alexandrinam te-
nuisset, cum Deo de liberalitate visus cer-
tare, plus semper pecunia recipiens ab eo
quam in pauperes effunderet, & dandolo
cupletior factus. Successorem habuit Ge-
orgium suum consobrinum in quo plebs
Alexandrina suum sanctum Episcopum ho-
norare voluit.



DECAS III.

Ab anno Christi 620. ad annum 630.

621. **H**eraclius movet in Persas plus
precibus & piis operibus quam
armis confidens. Obviam habuit cum exer-
citu Persarum ducem Saëm à quo cùm spe
pacis fraudulenter ad colloquium Heraclii
pertractus esset, ille septuaginta proceres
captivos retinuit, & ad Cosrhoëm vincitos
transmisit: Cosrhoës autem Saëm vivum
excoriari jussit, quod Heraclium vidisset,
nec captivum retinuisse. Substituit de-
inde Saï alterum ducem Sarbaram, quem
una cum exercitu Heraclius feliciter dele-
vit, & copiis suis in Armenia relictis By-
zantium viator redivit.

622

* (622.) * Heraclius offert pacem Cosrhoi quam hic superbè recusat. Itaque Persidem Heraclius ingreditur & Cosrhoëm cum 40. millibus turpem in fugam concidit, urbes multas occupat, Persicas gazas diripit, templum Ignis incendit, & per captivam Crucem Victor evadit.

Hoc tempore incepit Ægira Mahometis, & secta, significat autem Ægira Arabibus, fugam: Quando scilicet ob excogitam falsam religionem nefandus hic nebulō fugit ex urbe sua, in quā primò camelorum curator, & opilio, postmodum heræ suæ prædivitis factus est conjux. Fugæ hujus memoriam celebrent Turcæ 16. die Julii.

DE SERGIO PSEUDO-MONACHO, MAHOMETIS MAGISTRO.

*A*lius hic nebulo fuit ab illo Sergio, qui fuit Patriarcha Constantinopolitanus. Ut Ari-anis & Nestorianis se adjungeret à vita cœnobita aposta statavit, & profectus in Arabia Mahometi se comitem adjunxit, eique multiplici fraude, scripturâ utriusq; legis perverse commutata, horrendis erroribus & præceptionibus pestiferis hominem jam suâ nequitia dementatum prorsus implevit. Quas postea Mahomet, prophetam se mentitus, promulgavit, & stygium illud opus Alcoranum consarcinavit.

DE

DE MAHOMETE PSEUDO-PRO.
PHETA, ET SEQUACIBUS EJUS
TURCIS, ISMAELITIS, SARA-
CENIS sive AGARENIS.

Fuit hic natione Arabs, ortus humili loco, idolorum cultu impio cœcus, quales tunc Arabes erant. Homo sine litteris, sed incredibili gloriæ cupiditate accensus, quibus rebus effecit, ut hæreditatem opulentam adiret, quam ei heri sui Abdemonapis uxor ac deinde sua, ipsi reliquit: Formidabilem se exhibuit cæde familiarium, præsertim consanguineorum. Regnum affectabat insano œstro, quo cum pertingere non posset ob generis vilitatem, quæsitæ religionis specie, nomine prophetæ grassandum sibi esse duxit. Itaq; tanquam divinitus alienato à sensibus animo, humili jacebat interdum, ut qui morbo comitali tenentur, id admiranti conjugi, causam dixit, insedentem in se Spiritum, futura monentem. Quā imposturā, ut erat planè rudis scientiarum, cum Bayræ atque Sergii, tum Judæorum impuris præceptionibus usus est ad suum singendum Alcoranum, quod deinde ut per Angelum Gabrielem à Deo ad se missum insanè nugabatur. In eo Judaismum simul ac Christianismum ita commendabat, ut tamen utroq; suis interdiceret, ut pote cui propositum fuit Christo divinitatem abrogare, vesana Arij & antiquorum aliquot cæpta urgere, & dæmonibus formidandum Verbum

Caro

Caro factum penitus everttere, ejusq; fidem &
cultum suppressere excogitatis ad hoc multis &
abominandis blasphemias.

1. Mahometes docet omnium malorum au-
dorem Deum esse.

2. Blasphemat latronibus, malefisis, aliisq;
peccatoribus ex Dei prædestinatione in eo statu
esse moriendum, neq; precandum. ut Deus malos
viam redam edoceat.

3. Mahometes negat SS. Trinitatem.

4. Deum negat esse Patrem, propterea, quod
sine fœmina nemo possit fieri pater; itaq; nec ha-
bere filium, & nec genitum nec generantem esse.

5. Negat Christum filium Mariæ Deum esse,
sed tantum Dei Verbum creatum, servum atque
Prophetam magnum omnis peccati expertem.

6. Christum ait non esse crucifixum, sed à
Judæorum manibus supplicium Crucis contra le-
ges ei parantium à Deo cui charissimus esset, erep-
tum & in cælum translatum, Judæis autem ni-
hil nisi umbram vel alium ei similem relidum,
& in cruce suspensum esse.

7. Fingunt Mahometani verum Christum si-
ve Messiam nondum esse mortuum, sed moritu-
rum tandem & excitatum iri à mortuis & ven-
turum, non tamen ante advenitum Antichristi,
itaq; mortem Christo denegant in statu carnis
passibili perpessam, sed sustinendam esse fatentur.

8. Som-

8. Somniant J E S U M Christum unde cum aliis suscitatum à mortuis, eos quidem ad judicium adducturos, ipsum tamen non esse iudicaturum.

9. Mahometes in suo Alcorano impingit Beatisimae Virgini, quod menstrui sanguinis fluxum passa quidem fuerit ante partum, ceterum autem omnibus viris & mulieribus splendidiorē & mundiorem lotioremq; fuisse, & soli Deo perseveranter studentem, & nihil malitia seu pravitatis operatam esse. In hoc Mahomet multis nostri temporis hæreticis paulò modestior, & majoris in Virginem reverentiae extitit.

10. Delirium Mahometis est, quod in Alcorano legitur, Diabolum ex igne pestifero creatum. Repugnat hoc delirium naturae Angeli, & immateriali prorsus ac spirituali, & nature creationis quæ est ex nihilo.

11. Delirat quoq; cùm omnibus Angelis imperatum esset, ut se coram homine projicerent & humiliarent, paruisse omnes præter Beelzebub, qui se Adæ subjecere noluit, propterea, quod est pura creatura.

12. Somnium Mahometismi est, diabolos aliquando esse salvandos.

13. Superbè mentitur, homini insufflatam esse partem animæ Dei.

14. Mahometani statuunt Paradisum ad sensus appositum, omniq; voluptate carnis exundantem.

15. Cir-

15. Circumcisionem cum Cerinthianis & Ebionitis atq[ue] Judaeis observant, eos nihilominus tan[t]um circumcidendos docet Mahomet, qui ad rationis usum pervenerunt, sicut hodie Anabaptistae fabulantur de baptismo. Baptismum quoq[ue] dicunt Mahometani inutilem esse.

16. Censent Mahometani ad intrandum Paradisum necessaria esse haec tria, fidem, credulitatem, & opus, licet præoccupato morte ante opus fides sufficiat.

17. Orant Mahometani ad meridiem conversi, ut contra Christianorum consuetudinem veniant, qui se plerumq[ue] ad Orientem convertunt.

18. Ait Mahometes sibi à Deo præceptum esse jurajuranda delere.

19. Mahometani diem Veneris celebrant pro die Dominicā, quia eo die regnum adeptus est Mahomet.

20. Jubet Mahometes interficere converti nolentes, ubi cunq[ue] reperti fuerint, mensibus Haaran peractis, omnibusq[ue] viis eisdem insidiandum.

21. Impossibilem ait abstinentiam à mulieribus, & permissam esse à Deo luxuriam prædicat & permittit viris tot ducere uxores simul, quot putat in p[re]ce se continere posse, sic loquitur ipse in Alcorano suo. Mutationes insuper concedit uxorum & solutiones matrimoniorum, si vir eam non ditigat, vel si infæcunda, vel si rixosa, & immorigera sit.

21. Ma-

22. Mahometani pervertunt quadragesimam, illam enim ex uno mense Sunâ bebdam componunt, & diem integrum absq; ullo cibâ potu traducunt, conspectâ autem vel undstellâ comedunt & bibunt quantum unusquisque vult, ex omni genere ciborum, exceptis carnis bus suillis ac suffocatis.

23. Vino sibi interdicunt Turcæ non secundum suillis & suffocatis.

24. Peccatum maximum dicit Mahometus vinū bibere, vel talis aut aleis vel scacho luderi.

25. Alcoranum suum non alia de causa sit commissum esse ait, nisi ut hominibus (verba sunt Alcorani) suas contrarietates exponeret, & viam rectam, ac misericordiam credentibus patifaceret, hinc persuadent sibi Turcæ Christiani veræ legis atque Evangelii iusturam fecisse, & legem suam esse veram reformationem.

26. Affirmat Mahometes & tenent Turci sufficere homini si in Deum credat, neque credenti peccata imputari à Deo.

27. Mahomet anathematizat eum, quisquis in suo Alcorano vel apicem immutare, vel minimum in disputationem adducere præsumperit.

28. Scribit Mahomet in suo Alcorano Azoara 12. Credentes atque Judæi & Angelos adorantes, qui scilicet legem pro lege variant, Christiani etiam, & omnes, hi inquam, si in Deum crediderint, & judicii diem

diem exspectantes benefecerint, nihil timant. *S* Azocara 2. ait: *Omnis recte vivens Judæus seu Christianus, seu lege suâ relictâ in aliam tendens, omnis scilicet Deum adorans, bonique gestor indubitanter divinum amorem consequetur. Ex his verbis collige communem hodie dum multis Acatholicis indifferentismum, à Mahomete quoq; creditum esse, quæ pestis nullius hæreseos veneno malignitate suâ cedit.*

DE BAVRA UNO EX MAHOMETIS MAGISTRO.

*F*uit Bayra hæresi Jacobita *S* Mahometi confundæ, *S* fabricandæ suæ hæresi strenuam in mentiendo operam unâ cum Sergio monacho navavit.

HÆRESIS SERGII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI.

S ergius defecit à Catholica Ecclesia, assecula fatus partim Jacobitarum, partim Monotheitarum, *S* ex parte Theopaschitarum.

HÆRESIS HEICETARUM.

*R*efert S. Joannes Damascenus, *Heicetas hoc sæculo monachatum professos esse, S* nullâ aliâ re detrectâsse Ecclesiæ autoritatem, nisi quod Dei se laudibus præclarè fungi arbitrarentur, si unâ cum sandimonialium turmis choreis *S* tripudiis vacarent, *S* hac in re imitarise gloriantur, institutum à Moyse chorum tunc, cùm

*cum in mari rubro Aegyptios maris flodus op-
presserunt.*

¶(623.) ¶ Persidem iterum ingressu Heraclius tres validissimos exercitus Per-
sarum debellavit , ducibus vel profi-
gatis , vel fugere compulsis , ut non viri-
bus suis Romani , sed virtute cœli pugnare
viderentur.

¶(624.) ¶ Cosrhoës etiam hoc anno,
in signibus victoriis) admirabili cœli con-
federato velut robore militantis cum Hera-
clio) attritus pene & enervatus in rabiem
agit , & omnes ecclesias ditioni suæ sub-
ditas exspoliat & diripit , ac Christianos
in Perside degentes ad Nestorii hæresim
suscipiendam compellit , tantum ut Hera-
clio stomachum moveret , cùm alias per-
pessas strages ulciscendi modus non super-
esset.

¶(625.) ¶ Cosrhoës extremo conatu
liberis omnibus servisque , & quotquot ar-
mis ferendis totâ Perside idonei reperi-
bantur , in militiam convocatis , barbaris
etiam Bulgaris , Gepidis , Slavinis auro in-
fœdus armorum conductis , mittit Sarba-
ram ducem cum potentissimo exercitu , spe
magnâ & indubitatâ , ipsam etiam Constan-
tinopolim occupandi , & scrutandi intima
viscera Imperii. Alium quoque numerosil-
limum

simum exercitum opponit Heraclio, & tertium ipse sibi reservat, in omnem vindredi opportunitatem paratum & celerem: Heraclius quoque haud otiosus, suas & ipse vires colligit, Deo tamen potissimum fretus, & exercitum suum in tres quoque partes dividit, quarum unam ad custodiam urbis, aliam sub Theodoro fratre objicit Saino, & tertiam ipse ducendam retinet Cosrhoëm aggressurus. Accipit insuper 40. Turcarum Orientalium millia (quos Gazaros vocant) ab eorum Duce Ziebil, qui Caspiis portis perfractis Persidem ferro & flammis depopulatus est, & votis ac prudentiae Heraclii respondit exitus belli. Sainus enim vietus a Theodoro ope B. Virginis, quæ grandine ingentis ponderis Persas obtrivit. Sainus ex mœtore obiit, cuius in cadaver Cosrhoës multis vulneribus impotenter desæviit. Avares quoque Constantinopolim obsidentes experti sunt, hanc urbem sub præsidio Mariæ Parthenopolin esse: tempestate enim ac mutuis discordiis attriti furias deposuerunt. Sarbaras obsedit Chalcedonem, sed biennio toto, quare in suspicionem venit apud Regem suum, & interfici jussus solvit obsidionem, factâ pace cum filio Heraclii, & in Persidem redivit. Atque sic difluxit

fluxit ingens apparatus furentis Cosrhois.

Moritur Bonifacius, cui, postquam sedes sex menses vacasset, successit Honorius anno sequente, qui natione Campanus, & vir doctissimus, & sedi hoc tempore ap-
tissimus à Deo concessus est.

• ✸(626.)✸ Heraclius in Persidem irruit cum Turcis suis hyemis tempore, & ope B. Virginis corroboratus combustis plerisque civitatibus, obviam factum cum exercitu Razatem aggressus, & ipse in fronte exercitus depugnans propriā manu interemit, & quadraginta tantum suorum amissis multa millia delevit, reliquis in turpissimam fugam conjectis. Quibus auditis ipse Cosrhoës male metuens reliquis omnibus auffugit, palatia ejus mox ab Heraclio occupata, & in iis inventa 300. signa militaria Romanorum cum ingenti prædâ, & quicquid efferri non potuit, igne consumptum est, & in media Perside natalem Domini Romani celebraverunt.

Clotarius in Gallia Dagobertum filium ex Bertrude genitum adscivit in societatem regni, à S. Arnulpho pietate & moribus optimis institutum.

Ariovaldus Arianus Regi Longobardorum Adalvaldo magicâ potionē dementato in regnum substituit operâ potissimum

nūm & consilio Episcoporum Transpadanorum, quos ideo Honorius meritò reprehendit, quod Regi Catholico nondum penitus ratione destituto Arianum sufficerint.

* (627.) * Anastasius Persa filius magi olim dictus Magundat, à Cosrhoë cum aliis 70. Christianis nobili martyrio inter exquisitissima tormenta coronatur.

Cosrhoës se cum suis thesauris inclusit Seleuciæ & filium suum Mardesan regni sui Successorem, destinat, quod ægerrimè ferens Primogenitus Syroës eum perdere decrevit, & fugientem assecutus conjecit in tētērimum carcerem, & modico pane & aquâ pastum omnium procerum ludibriis objecit, & filios omnes in ejus oculis interemit, ac tandem fame maceratum acubus usq; ad mortem compunxit.

Syroës regnum occupat ac pacificatur cum Heraclio, inter alias pacis conditiones prima erat ut lignum S. Crucis thecæ adhuc involutum nec à Persis vi sum restitueretur. Quod hoc anno Constantinopolim delatum est, bello gloriissimè confecto & insignibus multisq; victoriis coronato. Pecuniæ autem & gemmæ ex Perside ad Sergium missæ naufragio periérunt ; mutuò verò sumptas ab Eccle-

Ecclesiis ex suo reddi jussit Heraclius, & maluit hoc naufragium fisco quam Deo perniciosum esse.

¶(628.)¶ Heraclius lignum S. Crucis Hierosolymam magnifice reportat, sed urbem ingredi non potuit nisi positis prius vestibus pretiosis, sic enim Zacharias Patriarcha Imperatorem admonuerat, ut Christi humilitati similior esset. Repositum est salutiferum hoc signum eodem in loco montis Calvariæ, ubi salvatori primum fuit erexitur, & festum exaltationis annuâ memoriâ celebrari exinde incepsum & Heraclius redux Constantinopolim a diversorum Regum ex Oriente & Occidente missis legatis honoratus est, erat enim superbia Persarum omnibus gravissima & maximè odiosa. Quos inter eminuit legatio Regis Indorum qui magnam copiam Margaritarum & lapidum pretiosorum ob Persas debellatos gratulationis causâ transmisit.

Imperium autem Persicum penitus concidit, brevi tempore mutatis regibus. Syroës enim percussus à Sarbara Duce, & hic iterum occisus à Bartaza, qui & ipse mensē septimo extinctus regnum reliquit Barahano filio Cofrhoës, Barahanus autem totidem mensium spatio regno & vitâ de-

fun-

functus, Successorem habuit Hormisdam, quo à Saracenis pulso ad Arabes Imperium devolutum est.

Mahomet ex Æthribo felicis Arabiæ oppido cum suis Saracenis egressus agrum ad inhabitandum petit à Romanis, & armatus obtinet: qui ex vili agasone factus est postmodum durissimum frænum Romanorum.

* (629.) * Heraclius dum incautius agit cum hæreticis, seducitur fraude Athanasii, qui Caput erat Jacobitarum, & homo vaferimus, cui Heraclius pollicitus est Antiochenum Patriarchatum si Chalcedonensem Synodum approbare vellet; acquievit fraudulentus editâ professione fidei, in qua duabus in Christo naturis unam voluntatem callide inseruit, rogavitq; Imperatorem ut Sergium Constantinopolitanum & Cyrum Phasidis Lazorum Metropolitanam consuleret, qui eam approbarunt, & simul miserè Imperatorem in fraudem & hæresin induxerunt. Sic qui impium Athanasium quærebat in Ecclesiam reducere, lupi vastatoris ovilis Christi captivus factus est.

- 6) * (9 -

F

FRAU-

FRAUDES CYRI ALEXANDRINI
MAGNI MONOTHELITARUM DI-
CIS, ATHANASII, SERGII CON-
STANTINOP. ALIORUMQUE
HÆRETICORUM.

Quò cautius Cyrus instillaret venenum suum,
dubitatem & studium veritatis in-
gandæ præferebat. Hunc morem ac modum te-
nuit erga Sergium Constantinop: Patriarcham,
quem hac arte in hæresin induxit, & ut sanæ
dei se esse exhiberet, Chalcedonense Concilium
laudavit, & S. Leonis Papæ Epistolam afferuit,
& quasi revocaturus ad Ecclesiam Catholicam
hæreticos, multum laborare visus est. Reip̄la
autem hæc fæx aliud non intendit, quam Euty-
chianam hæresin promovere. Cum enim totu-
ri Oriens scateret Eutychianis, Nestorianis, Apol-
linaristis, divinum quid invenisse putabant, si
dogma affereretur, in quod omnes hæretici pa-
riter convenirent, & sic pax inter eos sancti-
tarur, tum scilicet unica tantum affirmaretur esse
in Christo voluntas: In hoc enim convenisse A-
pollinaristas certum est, qui loco animæ vel intel-
lectus Verbum in Christo posuerunt, itemq; Ne-
storianos, qui constituerunt unionem Dei & ho-
minis secundum solum affectum & voluntatem.
Fuerunt etiam Eutychiani aliquot peculiares
hujus blasphemie assertores, qui unam dun-
taxat

Ab anno 600. ad 700.

F 15

taxat in Christo naturam mentiebantur. Quapropter pacis conciliandæ pallio usi Monothelitæ simulabant se assertores Chalcedonensis Concilii, & heresum tum Nestorii, tum Eutychetis tum aliorum eversores, reipsâ blasphemiarû consarcinatores sub Catholico nomine specioso suas nequitias & fraudes obtegentes, quorum conatus editantum tendebat, ut differentiam duarum naturalium in Christo tollerent, & Eutychianâ hæresi instaurata omnes Orientales hæreticos adversus Romanam & Orthodoxam Ecclesiam errorum unione confederarent. Quo involucro nequitiae bodiedum multæ hæreticæ vulpes sese adornare, & incautis blandiri consueverunt.

¶(630.) Moritur Mahometes monstrum teterimum quod Oriens peperit & enutritivit, nefandus circulator, defunctus in urbe Mecha, & quidem ex crapula: cuius cadaver ex magna parte devoratum est a porcis, sed ad obtegendum & tale portentum honestandum, erecto magnifico sepulchro ex pretiosis lapidibus decoratum est: quod Laonicus tradit arte magnetica pendere in sublimi: sed fabula hæc est, columnis enim innititur & multorum hominum peregrinatione, quamvis difficillima ob vastitatem arenarum per quas progressendum est, celebratur. Reliquit discipulū & successorem impietatis, scilicet pessi-

F 2

mū

mi ovi pessimum corvum, cui magna ve-
neratione Mahumetani adhæserunt.

Hoc anno mortuo Georgio Episcopo
Alexandrino substitutus est Cyrus Lazo-
rum & Phasidis Antistes, à quo præceptore,
uti & Athanasio Heraclius mortiferum ve-
nenum hærefoes hausit.

Cœpit hoc tempore efflorere Veneta
Respublica ex tenuibus initiis tempore de-
populationis Hunnicæ in paludibus cir-
cumpadanis exorta; quam Honorius
hoc anno in suis litteris Christianissimam
appellat, facta nunc contra Turcas murus
Christianitatis.



DECAS IV.

* *Ab anno Christi 630. ad 640. **

631 **H**eraclius Imperator quantum rei
christianæ profuit tantum iterum
obesse cœpit, immo pessundedit Romanam
potentiam & felicitatem, quamprimum à
fide naufragatus est, hinc Monothelitarum
hæresin fovendo, & inde Mahumetanas
vires quotidie potentiores & formida-
liores non mature opprimendo.

Clotarius II. Francorum Rex hoc anno
migravit è vita, & regnum filio suo Dago-
berto

berto soli moderandum reliquit : eiisque
Pipinum Neustriæ Ducem (quem sibi in
Majorem domum ob præclaras virtutes ad-
sciverat) Præfectum commendavit. Et hic
quidem Pipinus dicendus est hujus nomi-
nis primus , ex quo alii duo Pipini Eccle-
siæ propugnacula processerunt, videlicet
Pipinus Secundus nepos ipsius, & Pipinus
tertius nepos secundi , qui postmodum
regnum Francorum adeptus est. Ne verò
confundatur historia, ita genus Pipinorū &
series à Stephano Abate contexitur. Prior
Pipinus qui major domus à Clotario & Præ-
fectus Dagoberto constitutus erat , Pa-
trem habuit Carolomannum seniorem ,
& ex nupta sibi Itta religiosissima fœmina
S. Modualdi sorore , liberos suscepit Gri-
moaldum, Gertrudem , & Beggam, omnes
pietate insignes: ex Begga juncta matrimo-
nio Ansegiso filio S. Arnulphi, (postea Me-
tensis Episcopi,) natus est Pipinus Junior
senioris nepos , ex hoc autem natus est Ca-
rolus , cognomento Martellus, qui genuit
tres filios, Carolum, Carolomannum & Pi-
pinum ordine tertium, Primum autem ejus
generis & nominis Regem Francorum.

* Dagoberto jam Rege facto & regnum
moderante, S. Arnulphus Metensis Episco-
pus, qui eum instituerat, eremum petiit, ut

sibi vacaret, neque tamen Dagoberto magnæ Sanctitatis Episcopi defuere, quales erant tunc temporis Chunibertus Coloniensis, Eligius ex aurifice Noviomensis, & Audoenus, omnes ætatis illius & regni lumina, quorum familiaritate usus Dagobertus, maximis rem Christianam incrementis promovit.

☆(632.)☆ Incipiunt grassari Mahometani. Successor enim Mahometis Eububezen, seu Aububachar, factus Amira (quod Principatus nomen est) suorum Saracenorum fretus alacritate Palæstina, Præsidem cum copiis se se vastationibus ejus opponentem cædit, & Gazæ regione longè latèque devastat ; Neque Cometa defuit, in gladii formam emicans & maximarum cladum à Saracenorum grassatione Imperio imminentium , si unquam alias, tunc certè fatidicus interpres.

Saraceni Principem suum Ascatorium, alio nomine Jezdezirdem regno simul & vita privant, & Principem sibi eligunt ex stirpe Mahometis, quem Calypham appellant, & hinc nomen suum ac Institutum accepit Æra Jezdizerdis Persæ.

Dagobertus Gomatrude sterili conjugé repudiata suadentibus aulicis adulatoribus Nantildem puellam superinduxit,
quod

quod facinus, cum Amandus reprehendisset, in exilium abactus est: quæ poena Vasconibus valde fortunata fuit. Plurimos enim ex illis adhuc idololatras ad fidem traduxit.

* (633.) * Theodorus frater Heraclii turpiter vietus est à Saracenis Duce Haumaro, qui Eulubezeri Amo mortuo successit in Principatu. Quo audito Heraclius jam male sibi & Imperio metuens lignum salutiferæ Crucis Hierosolymâ Constantinopolim, tutiùs ibi reponendum transferri curat, quæ ibidem summi populi veneratione excepta & adorationi exposita fuit. Imperator autem jam totus ab eo mutatus qui Cosrhoëm superaratur, nunc hæreticis additus, ipsi Deo viatori bellum parat.

Cyrus enim Alexandriæ Patriarcha Heraclii, jā retib' suis captivi, auctoritate suffultus, indixit Synodus per Sergium Episcopum Constantinopolitanum, in qua Monothelitis viam aperuit in Ecclesiam irrumpendi, sub voce pulcherrima, quâ operationem Christi & voluntatem vocabat *Theandricam sive Dei virilē*. non duas in Christo voluntates utriusque naturæ humanæ & divinæ, sed unius tantum, ejusque divinæ naturæ, humanam naturam quasi fa-

Età confusione absorbentis, unam tantum voluntatem & operationem profiteri & significare volebat. Acriter autem restitit Cyro Sophronius quidam monachus tum temporis, sed brevi & eodem anno factus in sede Hierosolymitana Modesti successor, qui datis ad Sergium litteris convincebāt, non unam tantum, sed duas voluntates in Christo, quas Cyrus tacuerat sub voce Theandricā exprimendas & paulam in formula fidei addendas esse. Sergius autem ad Honorium Papam scripsit, quae hac in causa coram Imp. Heraclio adfuissebant, & addidit sibi ac Imperatori & quum videri, ut suppressis illis vocibus duarum & unius voluntatis per vocem illam Theandrię pax ecclesiis redderetur. Quod cum suis litteris Honorius probasset, vocem illam pulcherrimam Theandricam, admittens, venenum autem occultum sub omissione duarum voluntatum non statim adverteret, inde suspicionem aliquibus movit, quod cum Monothelitis senserit, quae calumnia vix hodie ita abstensa est, ut ab hæreticis non crebris debuccinetur.

Celebrata est quarta Synodus Toletana, in qua præter alia commissum est onus S. Isidoro Hispalensi, ut Ecclesiasticum officium ordinaret per universam Hispaniam usur-

usurpandum, quod deinceps dictum fuit Mozorabicum, quasi mixtarabicum, quia eo non tantum liberi in Hispania, sed etiam inter Saracenos viventes servi uterentur.

* (634.) * Saraceni occupatâ magnâ parte Syriæ, Damasco & totâ Ægypto magnis cladibus & damnis affixerunt Romanos, neque tamen viatores illi tunc temporis plûs pro Imperio, quam pro suâ religione dilatandâ solliciti, negotii quicquam Christianis facessebant, imo publicis etiam muneribus eosdem præficiebant, quos inter Damasci tunc vivebant parentes S. Joannis Damasceni (qui proprio nomine Mansur dicebatur) cum magnâ famâ sanctitatis à Saracenis prorsus immunes & ab omni servitute liberi vivebant. Et videtur Deus voluisse, ut hæ regiones potius Saracenis subderentur, quam Monothelitarum blasphemis inficerentur.

S. Osvaldus Rex Anglorum Canduella tyrannum, auxilio S. Crucis viatis & cæsis magnis ejus copiis subegit & intermit. Evocavit deinde S. Aidanum, & Berviorum gentem sibi subditam Christo afferuit, factus & ipse ex Rege præco Dei & functus interpretis officio. Sed & Deus eidem vicem rependit, ac Britan-

F 5 nos

nos, Piætos, Scotos & Anglos (inter quæ tota Britannia distributa tunc fuerat) subjecit.

¶(635.) ¶ Sergius Dux Palæstinæ à Saracenis profligatur, & Hierosolyma obfideletur.

S. Pyrinus Episcopus gentem Occidentalium Saxonum in Anglia qui Geuissi dæti, una cum ipsorum Rege Cynigilso ad Christum convertit, de quo illud grande miraculum commemoratur, quod ascensurus aliquando navem, cùm urgentibus nautis præ festinatione in littore ubi missam celebrârat, reliquisset pallam sibi ab Honorio Pontifice datam, in quâ Corpus Christi offerebat in sacrificio, & postmodum è collo quoque suspensum gestare solebat (qui mos tum temporis adhuc viguit) nave plenis velis mare fulcante, reminiscens tam chari pignoris, ipse fide armatus in aquam descenderit, & super illam pedibus incedens, receptâ quam reliquerat, ad navem regressus sit, quæ interea immobilis hæsit, nautis tam manifesto miraculo attonitis, & ad fidem Christi amplectendam unanimiter conspirantibus,

¶(636.) ¶ Post duorum annorum obfisionem Hierosolyma à Saracenis occupatur, initis conditionibus, inter quas a gente

gente Sophronio erat, ut Christianis in universa Palæstina liceret sacra sua peragere. Qui tamen paulò post animam Deo reddidit, mœrore consumptus, quod videbat Homarum templum Salomonis reparare & in Mesquiram seu basilicam suæ sectæ convertere. Post mortem Sophronii Sergius Joppensis Episcopus hæreticus in sedem sanctissimam irrepsit, quæ ultima Ecclesiæ illius desolatio videri potuit.

Isidorus Hispalensis Episcopus doctrinæ & sanctitate clarissimus vitâ defunctus est, cui Theodosius natione Græcus suffensus est, qui libros Isidori magnâ ex parte corrupti, & cùm depositus esset à Synodo, factus est Mahumetis sectator.

* (637.) * Capta est Antiochia à Saracenis, & reliquiae S. Ignatii Martyris à Christianis Romam translatæ sunt.

* (638.) * Celebratum hoc anno Concilium Toletanum VI. in quo statutum, ut Reges Hispaniæ imposterum jurarent, se nullo modo passuros aliquem in regno vivere, qui non esset Catholicus, & si quis hanc legem revelleret, esset anathema mannanathâ in conspectu Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni. Inde Baronius conficit Hispaniæ Regibus Catholicæ nomen inditum esse.

Honorius Pontifex laudatissimus, cui plurimum debet Ecclesia, ex hac vita migravit. In cuius locum successor electus est Severinus, quem Heraclius minime approbare voluit, quia editio perfidiae ab Imperatore promulgando consentire renuit. Ideo palatum quoque Lateranense ab Exarcho Isacio direptum est, & pulsi in exilium Cardinales, & pars praedae Constantinopolim transmissa, ac per hoc pro meriti sunt Imperatores Græci, ut impo sterum nihil possent in Italiam & Romanam.

Mortuo Ariovaldo Principi Longobardorum succedit Rotharis, sub quo modo leges Longobardis Edicti nomine scriptæ sunt: Cùm antea inter eos tantum consuetudo valeret: quod mirum sane potuisse banc barbarem gentem per septuaginta circiter annos sine legibus contineri.

¶(639.)¶ Heraclius magis magisq; indies à Deo aversus hoc tandem anno in profundum venit, ut editum promulgaret pro stabilienda Monothelitarum hæresi, idq; *Ethesin* sive expositionem nominavit, quam Sergius Constantinopoli in pseudo-synodo confirmavit, & Cyrus Alexandrinus laudavit. Romam autem transmissa à Severino mox anathemate per-

perculta est, quem propterea Imperatorii ministri ad mortem usque exagitáunt, quam hoc eodem anno obiit, sedem relinquentes Joanni IV. qui natione fuit Dalmata, & non tam ad honorem quam ad laborem electus est.

Functus itaque fato suo impius Sergius Constantinop. Episc. cum sedisset 30. annis successorem habuit non melioris farnæ, Pyrrhum Chrysopolitanum Monachum, quem Heraclius elegit, ut prorsus adhuc mergeretur ab eo in erroris abyssum.

Dagobertus hoc anno expulsis pellicibus, ex Regentrude uxore suscepit Sigebertum, quem Amando Episcopo ab exilio in hunc finem revocato baptizandum dedit, à quo etiam flexis genibus Rex veniam poposcerat. Hic autem puer dum sacro fonte ablueretur, diebus à nativitate sua quadraginta, ex circumstantibus nomine respondente ad finitam orationem consuetam *Amen*, ipse altâ voce respondit. *Amen*. Cujus miraculi omnis circumstans curia testis fuit.

* (640.) * Joannes Papa damnat Ethesin Heracli, quod ubi Imperatori innotuit, ne se Romanis execrabilem redderet negavit Ethesin esse edictum suum, sed Ser-

126 *Ab anno 600. ad 780.*

Sergii demortui (scilicet qui negare id non posset extra vivos constitutus) neque per hoc Heraclius abluit maculam, quin potius firmius opinionem de se sinistre conceptam radicavit, quia edito novo edito & veræ fidei professione, quod destruxerat non reædificavit.

Opposuit se fortiter Monothelitis circa hoc tempus S. Maximus Martyr quem Heraclius per vim traxerat in aulam & scribendis commentariis suis præfecerat : ille autem cum videret Imperatorem Monothelitis familiarem & fautorem esse , aulā desertā in Monasterium Chrysopolitanum se contulit , ibiq; Abbas creatus est & inde ad Africanos Episcopos profectus eosdem contra Monothelitas firmavit.

CyroAlexandrino Patriarchæ fatis functo successit haud melior antecessore suo Petrus, & Macedonius successit Antiochiae nequissimo Athanasio : scilicet ubique Zizaniorum disseminatores & errorum impii Magistri.



DECAS V.

❖ *Ab anno Christi 640. ad 650. ❖*

641. **H**eraclius cum imperasset 31. an.
❖ **H**uic infelici exitu vitam clausit vari-

variis morbis ac præcipue hydropisi consumptus. Successit ei jam designatus Augustus, filius ejus Constantinus, qui à Martina Augusta noverca, ut creditur, veneno propinato quarto mense sublatus est. Filius autem Martinæ Heraclius Junior Heraclonas dicitur Pyrrho Constantinop. Episc. potissimum admittente, creatus est Imperator. Sed post sex menses à Senatu exauditoratus, ac mutilatione nasi multatus, pariterque Martina mater ejus, perfida fœmina linguæ præcisione punita, ambo in perpetuum exilium ejeciti sunt. Collato Imperio filio Constantini, quem alii constantem, alii Constantium, & alii Constantium, Baronius autem secutus Theophanem Constantem appellat.

Joanni IV. hoc anno, defuncto successor electus est Theodorus patriâ Hierosolymitanus, qui captâ urbe suâ fugiens Romæ Pontificatum invenit.

☆(642.)☆ Pyrrhus Constantinop. Ep. accusatus conspiracyis cum Martina Augusta propinati veneni Constantino Imperatori, gravius aliquid veritus sponte in exilium profectus est in Africam: huic autem subrogatus est à Constante Monothelita Paulus, æquè vir nefarius.

Piissimus Rex Nordhumbrorum Osvaldus

dus à Penda Rege Merciorum Pagano in prælio occiditur, capite manibusq; præcisis & stipitibus suspensis, quam indignam mortem Deus variis miraculis illustravit; inter quæ & illud numeratur, quod pulvis ejus loci in quo corpus ejus cecidit, variis morbis sanandis adhibitus virtutem divinitus inditam exhibuerit.

¶(643.)¶ Mahumetani cruces erætas passim in suis ditionibus dejiciunt, occasione magni prodigii quod Hierosolymis contigit: cum enim Humarus Saracenorum Princeps templum Salomonis repararet, operibus constructis continuo iterum iterumque corruentibus, monitus id à Cruce contingere quæ in monte Oliveti eræta orat, eam quamprimum sustulit, & hac sublata ædificium eleganti opere absolutum est.

Sacrilegi duo Mauritius Chartularius & Isacius Exarchus, qui Palatum Lateranense expilârunt, hoc anno poenas solverunt. Isacius enim divinitùs iætus interiit, & Mauritius tyrannidem sibi arrogans, viætus à Dono militum magistri Romæ fugit in Ecclesiam, sed inde retrætus & Ravennam missus capite mulctatus est.

¶(644.)¶ Sigebertus Anglorum Orientalium Rex reliquo regno cognato suo mona-

monasticam vitam professus à Pagano Rege Merciorum Penda occisus est. Floruit sub Sigeberdo S. Furseus magnus in Britannia fidei propagator.

Dagobertus Francorum Rex multis pīis operibus & largitionibus in ecclesias effusis pro vitæ præteritæ criminibus satisfecit; quæ fructu non caruisse, visiones variæ post obitum ejus docuerunt: quibus tamen sine periculo pietatis fides derogari potest.

* (645.) * S. Maximus disputatione congridetur cum Pyrrho Monothelitā, in qua convictus Pyrrhus palinodiam recantavit, & Romam missus ad communionem receptus est, eiisque Patriarchatus suus restitutus, & omnia necessaria liberaliter à Pontifice suppeditata.

Homarus per fraudem à Sicario Persa cæsus vivendi & furendi finem fecit. Cui sufficetus est Hoamen, ipse quoq; flagellum scelerum Christianorum.

* (646.) * Gregorius Præfectus Africæ contra Imperatorem rebellat, & cum eo Episcopi Africani à malevolis in suspicionem trahuntur conjurationis: unde commercium Africanorum Episcoporum cum Orientalibus penitus fuit interclusum.

sum. Celebratum hoc anno Concilium To-
letanum VII.

☆(647.)☆ Saraceni rebellantem Gre-
gorium vincunt, & Africam intestino bel-
lo dilaceratam sibi vestigalem faciunt ipsis
Romanis contra Gregorium viatorias Sa-
racenorum promoventibus.

Ventus ingens hoc anno disturbat mul-
tas Stylitarum columnas, in quibus ana-
choretæ Simeonis magni æmuli habita-
bant.

Mortuus est Dagobertus anno regni sui
16. in oppido S. Dionysij quo se deferri
mandavit. Reliquit Successores Sigeber-
tum & Clodovæum II. Filios duos hunc
Neustriæ, & illum Austrasiæ Regem. Me-
morant, Joannem quendam piissimum in
Sicilia Eremitam vidisse in momento mor-
tis, animam Dagoberti à Dæmonibus
raptatam, & inter multa verbera ad Vul-
cania loca deportatam, ubi cum multis
cruciatibus distenderetur, auditus fuerit
Sanctorum quorundam suffragia postula-
re, cum repente aperto cœlo inter fulmi-
na cum fragore ruentia, visi sint sancti illi
quos Dagobertus invocaverat, in auxilium
descendere, nempe S. Dionysius, Mauri-
cius & Martinus, quorū ecclesias idem Rex
præ cæteris locupletavit: qui erectam ē
Dæ-

Dæmonis unguibus animam ad Cœlum secum extulerunt. Merito quidam suspecti habent hanc historiam tanquam fabulam ab Ausoaldo Episcopo confitam in odium Dagoberti; quia Ecclesiam S. Hilarii Piëtaviensem spoliârat, ut Sandionysianam exornâret, eaque à Monachis nimium credulis in Ecclesia depicta est perlubenter, ne iis idem quod Piëtaviensi, eveniret.

* (648.) * Paulus Episcop. Constant. cum jam audiret excommunicacionem contra se pendere in valvis Ecclesiæ auctor fuit Constanti ut edictum proponeret (quod Typus appellabatur) in quo utrique parti hæreticæ & Catholicæ silentium indiceretur: de una aut duabus voluntatibus in Christo; quod silentium fraudulentum & hæreticum erat & in Ecclesiæ perniciem comparatum: Theodorus autem Papa excommunicavit Paulum, sicut & Pyrrhum opera Olympii ad hæresin revocatum collectâ Synodo, in qua ferunt aliqui Pontificem infudisse de Sanguine Christi Domini in atramentum, quo hæc anathemata scripta sunt. Sed redditur hoc suspectum, quod nulla ejus mentio fiat in ritibus Ecclesiasticis. Cæterum Pyrrhus in Orientem redux gratiam Imperatoris recuper-

cuperavit, factus deinceps ei tam charus,
quam Deo invisus.

Paulus interea Constantinopoli in Ca-
tholicos sœvit, quorum aliquos verberibus
subjecit & alios carceri mancipavit, & ta-
lem se gessit, qualis infensissimus hostis
Ecclesiæ esse potest.

Saraceni capiunt Cyprum & Constan-
tiam penitus evertunt.

¶(649.)¶ Theodorus Pontifex diem
obit, & S. Martino patriâ Tudertino se-
dem & Martyrii palmam relinquit.

Celebratur Synodus Lateranensis cui
100. Episcopi interfueré invitante potissi-
mum S. Maximo, qui ei interfuit, nec ta-
men eidem subscripsit, quia id juris non-
dum ecclesiæ Abbatibus concessum erat. In
eo concilio damnati sunt Sergius, Pyrrhus
& Paulus & Theodorus Episcop. Pharani-
tes primipili Monothelitarum. Eorum
que libri proscripti. Anathemati quoque
subiectus Typus, magis enim piissimus
Pontifex Deum quam Imperatorem reve-
ritus est.

Imperator Romam misit Olympium Ex-
archum, qui cùm excitatâ inter milites se-
ditione ultra nihil posset adversus Ponti-
ficem, immisit demum in eundem Spatari-
um seu armigerum suum, qui Pontificem
sacra

sacra peragentem ad aram trucidaret, cùm
verò Sicarius ille à Deo excœcatus esset,
rediit in gratiam cum Martino, quam ipso
Imperatore potentiores expertus est.
Mauritius autem missis litteris Constanti-
nopolim Imperatorem ad concordiam cū
Ecclesiā in unione veræ fidei ineundam
paternè adhortatur. Alios quoque Ori-
entalis Ecclesiæ Episcopos adhortatoriis
datis partim ad perseverandum in Ortho-
doxa fide confirmat, partim ad resipisci-
endum ab hæresi Monothelitarum & com-
munionem invitat.

Aliquot libri moralium S. Gregorii Pa-
pæ, qui reperiri non poterant (façâ divi-
nitus revelatione Tajoni Episcopo Cæsar-
Augustano Ronæ pernoctanti apud sepul-
chrum SS. Petri & Pauli) inveniuntur, & ab
eodem Episcopo eâ de causâ Romain pro-
fecto, ad Regem Hispaniarum Chindes-
vwindum deportantur.

* (650.) * Constanus Imperator mittit
in exilium Martinum Papam sub larvâ ju-
stitiæ, quasi cum Saracenis occultè aliquid
molitus esset contra Imperium, & contra
cultum B. Mariæ Virginis aliquid locutus
esset, aliisque falorum criminum prætex-
tibus, re ipsâ autem quia Typum damnâsf-
set. Mandatum Imperatoris executus est

Cal-

134 *Ab anno 600. ad 700.*

Calliopus Italiæ Exarchus, qui armatus cum suis ingressus ecclesiam Constantinianam ac palatum Lateranense, Pontificem tunc podagræ doloribus molestè afflictum violenter ecclesiâ extraxit, & durissime habitum navique impositum in Naxum Insulam transmisit, ubi per annum integrum perseveravit, irrito consilio hæreticorum, qui in iis insulis frangendam constantiam Pontificis existimarent, ut Typotandem subscriberet.

Sub simili larvâ Româ Constantinopolim pertractus est S. Maximus Abbas, & ad Senatum per publicas vias sine amictu ac calceis raptatus ad objectas criminationes respondere jussus de proditione Imperii, de odio adversus Imperatorem, & quibusdam aliis per calumniam affictis, magnâ animi constantiâ calumnias diluit, ac demum impulsu Pauli Constantinopolitani Episcopi hæretici, ac jussu Imperatoris Constantini cum duobus Anastasiis ipsius discipulis exul in Thraciam missus est.

Floruerunt eodem tempore alii quoque illustres in Ecclesia viri, qui fe ut murum pro domo Dei hæreticis opposuerunt, & quidem Romæ, cùm Martinus Papâ abriperetur, fuerunt S. Landelius Camerensis Ecclesiæ Presbyter, S. Amandus Leo-

Leodiensis, S. Landoaldus Archipresbyter, S. Follianus, qui tunc ex Hybernia Romam profectus erat, ut S. Fursei exemplo acciperet benedictionem ad infidelium conversionem, sic enim tum moris erat, ut à Pontifice Romano licentia Gentibus Evangelium prædicandi priùs obtineretur.



DECAS VI.

* Ab anno Christi 650. ad annum 660. *

651. **S**anctus Osbinus Rex Angliæ amici sui proditone cœditur, & regnum terrestre cœlesti permutat.

S. Martinus Pontifex Constantinopolim ex Insula Naxo transfertur, ubi semi-nudus & ferreis catenis toto corpore vinditus à carnificibus tractus & in tetricum carcerem conjectus est, & ferro vitam finisset, nisi hanc cœdem Paulus moriens Imperatori dissuasisset. Paulus tamen in hæresi sua obstinatus vitam finivit. Martinus autem sex mensibus fame, frigore, & carcere squalore maceratus est, donec Chersonnam ad oram ponti exul demum deducetur, ut locus ille duorum Pontificum Clementis & Martini exilio memorabilis redderetur.

(652.) Martinus exulat Chersonæ
loco tam aspero, ut ibi nequidem panis
nomen audiretur, ubi accolæ omnes gen-
tiles erant. Romæ autem Pontifex à Cle-
ro, urgente Calliopa Exarcho, creatus est
Eugenius vir mansuetissimus in pâuperes,
& dignissimus, qui S. Martini vicarius es-
set

Pyrrhus restitutus est in locum Pauli,
sed tantum quatuor mensibus hunc Epil-
copatum tenuit sceleratissimus apostata &
mortuus est, indignus vivere diutiùs. Cui
Petrus successit impietate haud impar.

Martyrio coronatus est S. Emmerannus
sive Heimeramius Episcopus Ratispo-
nensis sub Theodone Bavariæ principe,
cujus filia Ota Sigibaldo cuidam commix-
ta ex stupro concepit, ideoque una cum
juvene in vitæ discrimen adducta erat.
Quos ut à nece eriperet, Emmerann (ex-
emplo Christi, qui peccata aliena innocens
suscepit) illud stupri crimen sibi impingit
passus est, licet postquam nocentem libe-
râisset suam innocentiam defendereret, &
pro causæ cognitione ad Romanum Pon-
tificem una cum accusatoribus remitti po-
stularet, nihilominus à Lamberto Theo-
donis filio cædi jussus, post singulorum
membrorum truncationem, & oculorum

ac linguae evulsionem, truncus relictus. ad-
huc propheticè multa prædicens expira-
vit, multis miraculis post obitum clarissi-
mus.

* (653.) * Obiit hoc anno Jodocus in
agro Pontino, filius principis Britonum
Regis, qui spretis aulæ deliciis diu pere-
grinatus hic tandem requievit.

Celebratum Toleti Concilium VIII. in
quo præter cætera statutum, ut imposte-
rum Episcopi Hispani & majores Palatini
in comitiis ad hunc finem vel in urbe regiâ
vel in loco, ubi Rex antecessor mortuus
fuerit, institutis, Regem eligerent. Si
hoc de Monarcha Hispaniæ eligendo sta-
tuere potuerunt tunc temporis Episcopi,
quis modo mirabitur, primum & sum-
mum in Ecclesia Hierarcham Pontificem
de Electoribus Imperatorum decretum
constituere potuisse?

Hoc anno Mahuvias Saracenorum Prin-
ceps occupata Rhodo colossum illum cele-
berrimum prostratum vendidit cuidam Ju-
dæo Emeseno, qui in partes confractum
extulit oneratis ejus ære nongentis ca-
melis.

Magnis incrementis Catholica Religio
propagata est in Anglia, Middelengiis id
est, Mediterraneis Anglis cum Rege suo

G

Pen-

Penda (qui Filius erat Pendæ Merciorum Regis Pagani & hostis Christianorum) ad Christum conversis, occasione nuptiarum filii Pendæ, cum Alcheleda filia Osvvi Regis Nordhumbrorum, fœmina Christiana quibus nuptiis non invitus Senior Penda consensit.

Quidam insignis deceptor hoc anno in Armenia Sylvanum eundem se esse finxit, quem Apostolus Paulus quondam in Macedonia misit, & hoc fuko Manichæorum hæresin plurimorum seductione resuscitavit, Adversus quem Constans Imp. Palatinum quendam Symeonem misit, qui Pseudo-Sylvanum illum lapidis istu ab uno ex Charissimis discipulis ejus occidendum curavit. Verum & ipse quoque infelix Symeon postmodum à discipulis Sylvani miserè seductus ejusdem impietatis Successor factus est, & Titi sibi nomen, videlicet alterius S. Pauli discipuli usurpat, qui & ipse plurimos seduxit, donec occasione schismatis inter ipsum & Justum Sylvani interfectorum de interpretatione Scripturæ oborti, omnes ferme ejusmodi hæretici, à Justiniano hujus nominis secundo igne consumpti sunt.

* (654.) * S. Martino Papa hoc anno Chersonæ miseriis & æruminis confracto
Vita-

Vicarius ejus Eugenius consensu Cleri fit legitimus Successor, quod fieri haec tenus prohibebat vita Martini, ne biceps esset Ecclesia. Constans à Saracenis navalī prælio tam turpiter vicitus est, ut mutatā veste fugam arripuerit, pridie quam dimicaretur somniārat se versari Thessalonicæ, unde ei ab aulicis promittebatur victoria, sed aliter Thessalonicanam intelligi miser deprehendit. *Θεοί αλλων οὐκ οὐδείς αλλαγήν* cede alteri victoriā.

Rotharis Rex Longobardorum moriens regnum suum reliquit Rhodoaldo filio. Hic licet Arianus esset, fuit tamen Pius in S. Joannem Baptistam, & in ejus honorem valde liberalis, à quo etiam mortuus miraculo vindicatus est: cum enim juxta basilicam S. Joannis humatus esset, fur quidam noctu aperto sepulchro omnia ornamenta abstulit, sed à S. Joanne noctu propterea per visionem territus est, & quoties ecclesiam illam ingredi tentavit, semper valido iectu repulsus retroq; corruere cogebatur. Adeo nec impiorum preces sancti despiciunt, ut nec illis irremuneratas relinquant.

* (655.) * Moritur Eugenius Papa, cui in Pontificatu successor electus est Vitalianus, qui Apocrifarios sive responsales suos

confestim ad Imperatorem transmisit cum
Synodicâ fidei Catholicæ confessione,
quos benignè Imperator accepit, & confir-
matis Ecclesiaz Romanaz privilegiis per
eosdem misit ad Papam librum Evangelio-
rum, gemmis albis miræ magnitudinis ex-
ornatum, offerendum basilicæS. Petri: qui-
bus muneribus callidus Imperator cùm sci-
ret propter ejectionem S. Martini Clerum
& populum Romanum à se valde aliena-
tum esse, eundem iterum demereri com-
sus est. Et ut hominibus Catholicus appa-
reret, etiam fidei professionem coram A-
pocrifariis emittere simulatè non dubita-
vit. Quod ipsum eadem fraude Petrus
Constantinop: Episc: præstítit.

Mercii & Orientales Saxones religio-
nem amplexi sunt operâ Osvvi Regis Nor-
ðumborum Christiani, & prædicatio-
ne Cedd Episcopi viri planè Apostolicz
converso ab eodem Osvvi Sigeberto Rege
Orientalium Saxonum & Pendâ gentili
Merciorum Rege crudelissimo, qui cum
tricies majore exercitu adversus Osvvi
processerat, ad quem vincendum voverat
Osvvi filiam suam Domino sacra virginis-
tate dicandam offerre, & multa prædia ad
construenda monasteria donare; quod &
præstítit post viatoriam adeptam; Rex ve-
rò Si-

rò Sigebertus paulò post suscep̄tam Chri-
sti fidem necatus est à duobus suis pro-
pinquis, non aliâ de causâ, ut ipsi confes-
si sunt, quām quōd ille nimium indulgens
esset in injuriis condonandis.

Celebratum est Concilium nonum To-
letanum.

¶(656.) Constans S. Maximum ad
suas partes trahere nititur Byziæ in Thra-
cia exulantem per tres legatos, Patricios
duos & Episcopum seū suæ peritissi-
mum. Sed ii à S. Abate adeo convicti
sunt, ut ad fidem recipiendam parati disce-
derent. Revocatus est itaque Constanti-
nopolim, sed cum constantior in verâ fide
videretur, relegatus est per beram Thraciæ
locum tētērimum, sed nec blanditiis nec
acerbitate à Constante vinci potuit.

Celebrata est tum Synodus X. Toletana
cui Eugenius Toletanus præfuit, ubi dies
Annuntiationis B. Mariæ V. rejecta est in
diem octavum ante natalem Domini, quod
tempore quadragesimæ & Paschali commo-
dè celebrari non posset; postea tamen re-
diit in diem suum, 8. Kal. Aprilis, & plus
in hoc rei veritati, quām quorundam pri-
vatæ pietati indultum fuit.

In eodem Concilio publicam poenitentiam
egit Potamius Episcopus Braccarensis, qui

occultâ fornicatione pollutus crimen fa-
sus est, & pœnitentiam perpetuam egit,
quem Synodus quidem honore Episcopa-
li non privavit, quod sponte & non accu-
fatus reum se confessus esset, volenti ta-
men dies vitæ in pœnitentia transigere,
successorem dedit in Episcopatu S. Fr.
Etuosum Episc. Ecclesiæ Dumensis, ex re-
gio Gothorum sanguine oriundum, & mul-
torum monasteriorum conditorem.

•*(657.)• S. Maximus cum duobus
sociis Anastasiis ab exilio Constantinopo-
lim revocatur, sub prætextu reddendæ ra-
tionis, ob crimen Iæsæ Majestatis & pro-
ditionis, re ipsâ ut fidem ejuraret: cùm
verò neutrū extorqueri à confessoribus
posset, in equuleo distenti & tam gravibus
verberibus affecti sunt, ut nulla pars esset
in eorum corpore integra, & sic lacerati
in carcerem conjecti sunt. Altero die iis-
dem tormentis renovatis, linguæ insuper
præcisæ sunt, sine quibus nihilominus ar-
ticulatè fidem Christi professi & palam lo-
cuti sunt; itaque per medium forum ad lu-
dibrium amputatis dextris in acerbissi-
mum exilium iterum nudi amandati sunt.
Atque ita tres amore, vitâ, & sanctitate
conjunctissimi fide quoque non sunt sejun-
di, quanquam exilii loco ab invicem sepa-
rati.

rati. Maximus enim in quoddam Alaniæ castellum Schimarin dictum, pertractus, obitus sui die divinitus præcognito, in carcere vitam finivit Idibus Augusti: cuius monumentum tres lucidæ faces ingenti splendore illustrarunt. Reliqui duo in diversa loca ab invicem divisi, ærumnis quoque in sanctâ confessione consumpti sunt.

S. Eugenius Episcop: Toletanus moritur cui S. Ildephonsus successit, quem B. V. veste candidissimâ cohonestavit, cum eus laudes cecinisset. Vedit autem eam sacro ejus assumptionis die in sua sede Episcopali sedente, quare deinceps nemo Episcoporum in ea sedere ausus est præter Sisibertum, qui eam perdidit, & in exilium missus est. Præterea Sanctissima Dei Mater eidem pollicita est æternam felicitatem, quo majus beneficium nulli mortalium vel promitti vel dari potest.

Obiit Sigebertus Rex Austrasiæ piissimus propinato ut creditum est veneno per Grimoaldum, estq; inter Santos relatus Expeditionem unâ infeliciter adversus Thuringos suscepit, à quibus superatus est. Adoptârat Ildebertum filium Grimoaldi, Majoris suæ domîs, cum prole careret, sed cum postea Dagobertum suscepis-

144 *Ab anno 600. ad 700.*

cepisset, adoptatus naturali prævaluit, imò hic traditus Didoni seu Dadoni Episcopo Piqtaviensi in monasterium Scotiæ clericus amandatus est. Sed Franci Neustrii tantum scelus impunitum nequam reliquere (stupidè quiescente Clodovæo) irruperunt enim in Austrasiam, & Ildebertum in pugnâ interemere, Grimoaldum captivum duxerunt Parisios, ubi tormentis excarnificatus poenas atrocissimas dedit. In ejus locum substitutus est à Francis Chilpericus secundò-genitus Clodovæi, adolescens pravæ indolis, & quem ea dignitas non reddidit meliorem.

* (658.) * Thomæ Episc: Constantin: succedit Petrus Ecclesiæ Syncellus & vaforum custos, dictus quidem in actis sextæ Synodi Catholicus, sed non sine suspicione corruptelæ, qualis etiam de antecessore Thoma fuit.

Mahuvias Saracenorum princeps à suis exagitatus, pacem init cum Imperatore Constante, pollicitus ei in dies singulos pendere mille nummos cum equo & servo, sed tenuit illa pax, quamdiu Saraceni inter se tumultuabantur.

* (659.) * Constanſ Imp: Theodosium fratrem suum ob quandam offendam Diaconum consecrari fecit, eidemq; pau

lo post

Io. pōst necem inferens, fratricidium sacrilegio magis infamavit. Sed haud impunē, exegit enim sanguis innocens à Deo vindictam, ut omnibus diebus vitæ suæ instar Cain conscientiæ stimulis agitatus, profugus & vagus viveret super terram; Cūm enim Theodosius, qui in sacrosanctis mysteriis poculo Sanguinis Christi Constantem impertierat, crebrò eidem per quietem appareret, habitu Diaconi poculum sanguine plenum eidem porrigens, ac dicens: *Bibe frater:* Ejus visionis frequentiā victus statuit in Siciliam secedere, & Syracusas Romanum Imperium transferre. Navem igitur conscendens cūm solvisset, conversus ad urbem contra illam præ animi aversione expuit. Syracusis autem commoratus, cum misisset, qui uxorem & liberos, quos Constantinopoli reliquerat, transferret, Constantinopolitani eos dimittere noluerunt.

Mahuvias Princeps Saracenorum, qui tributum Imperatori pendere promiserat, æmulo suo Heli sublatō, adversus Persas & Romanos insurgit.

Obiit Rex Longobardorum Rhodoaldus cæsus à subdito suo, cuius uxorem polluerat: Ei successit Aripertus filius Gundibaldi qui Germanus fuerat Reginæ

146 *Ab anno 600. ad 700.*

Theolindæ: tunc autē Monomachia in Italiā introducta est, cuius auctor fuit Catellus qui Reginam adulterii accusatam, confessio accusatore purgavit apologiā scilicet plenā sævitiæ & iniquitatis.

* (660.) * Clodovæus gravi fame saeviente, absidem argenteam, quā pater ejus Dagobertus sepulchra S. Dionysii & Sociorum ejus texerat, fregit & pauperibus per Abbatem distribuendum curavit. Quod an pietati an criminis vertendum in medio hic relinquitur, aliis pietati aliis id criminis vertentibus qui putant Regios prius thesauros expendendos fuisse, quam res Deo semel dicata. Scribunt post hujusmodi facinus collabi cœpisse regnum Francorum familiæ Morovingorum.



DECAS VII.

* *Ab anno Christi 660. ad annum 670.* *

661. **H**ic annus gestis obscurior illustra.

* **H**ic annus morte S. Amandi Traiectensis Episcopi Flandrorum Apostoli.

* (662.) * Celebrata sunt hoc anno Concilia Clypiacense & Cabillonense in Gallia, ac Monasterium Dionysii in Ditione Episcopi Parisiensis, exemptum solique Pon-

Pontifici ac Regi à quibus imposterum de-
penderet subjectum esse debere statuitur.
Et videtur id à Rege Clodoveo in expia-
tionem admissæ noxæ factum, qua absi-
dem ex sepulchro hujus S. sustulit, & mi-
nus reverenter sancti illius Corpus tractas-
se dicitur, adeò ut & os brachii ejus con-
fregerit & aliò rapuerit, quod nullus lai-
cæ sed Ecclesiasticæ potestatis erat.

* (663.) * Constans Imp. Romam ve-
nit, quem Vitallianus cum Clero magnifice
cepit, ad sextum usque lapidem obviam
procedens. Ibi Orthodoxum se Profes-
sus donaria Ecclesiis obtulit. Sed urbis
aliunde & Basilicarum ornamenta sustulit,
sinistrâ donans, dextera rapiens, adeò ut
etiam tegulis æreis S. Mariæ ad Martyres
non pepercerit, easque cum multis aliis
æreis ornamenti Constantinopolim trans-
miserit.

Ariperto Longobardorum Regi defun-
cto succedit Grimoaldus vir bellicosus &
fortis qui ex Arii fautori Catholicus fa-
ctus est, ideoque S. Ambrosio Mediolani
nobilem Ecclesiam statuit, ut se Arianis
inimicum ostenderet.

* (664.) * Joanni Episc. Constanti-
nop. defuncto successit Constantinus va-

148

Ab anno 600. ad 700.

forum custos & Ecclesiæ illius Econo-
mus Orthodoxæ fidei.

Obiit hoc anno Clodovæus II. tribus li-
beris relictis, Clotario, Childerico &
Theodorico ex S. Bathilde multorum mo-
nastrorum fundatrice.

S. Aigulphus è Præfectura Floriacensi
translatus in Monasterium Lerinense ut
extinctam Monasticam disciplinam ibidem
resuscitaret, ab exlegibus Monachis pri-
mùm coniectus in carcerem, mox in de-
sertam Insulam inter Corsicam & Sardini-
am, & post erutos oculos, abscissamq; lin-
guam capite abscisso Martyrium subiit.
Sceleris autem autores jubente Rege
Francorum necati sunt.

Ad Cœlum etiam transiit hoc anno S.
Gertrudis filia Pipini Ducis, cuius mater
fuit S. Yduberga cognominata Itta, quæ
mortuo marito religiosa facta est, ut San-
ctissimis illius stirpis hominibus nobilis
Francorum Regum familia inniteretur.

* (665.) * S. Eligius Noviomensis Epi-
scopus Apostolus Flandrorum hoc anno
vivere desiit miraculis in vita & post obi-
tum illustris. Corpus ejus cùm S. Bathil-
dis transferre vellet, id nullo modo à Pa-
risiensibus levari potuit, Noviomenses au-
tem cives illud ad sepulchrum præpara-
tum

tum mirâ facilitate transtulerunt: quod
gemmis monilibus & donariis pretiosis
mirificè exornatum est. Regina autem
Bathildis, sicuti ab eo vivente commoneri
sustinebat, sic post obitum ejusdem jussu
cuidam aulico apparentis, correpta est,
quod cùm esset vidua, aureis tamen gem-
meisque ornamenti indueretur, quæ in
manibus pauperum splendidiùs coram
Deo niterent. Igitur quamprimum illis
depositis & deserta aula & filiis admini-
stratione regni relictâ sacrum velamen af-
sumpsit, & eâ Sanctitate in monasterio eni-
tuit ut post mortem in Sanctorum nume-
rum referri meruerit.

*(666.) * Defuncto Constantino Con-
stantinop. Episc. Theodosius impudentissimus & verisipellis hæreticus successit.

*(667.) * Saporius Armeniæ Præfe-
ctus auxilio Saracenorum suffultus insur-
git adversus Imperatorem, qui mox ad
Saracenorum Principem expedita legatio-
ne præter minas & contemptum nihil ob-
tinuit. Indignatus eam ob causam lega-
tus respondit Deum igitur spredo Impera-
tori auxilio futurum. Quod non multò
post evenit. Saporius enim cum Hadria-
nopelim fastuosè ingressus in ipso portæ
transitu equum, quo ferebatur, flagro per-
cus-

Q. 4. III.

cussisset, ille elatus in calces in superlimi-
nari portæ Saporii caput tam vehementer
allisit, ut vitam adimeret, & appareret le-
gatum inspirante Deo locutum esse.

Obiit hoc anno Ildephonsus Toletanus
Archi-Episcopus, vir piissimus & doctissi-
mus.

¶(668.)¶ Constans Imperator à re-
bellibus Syracusis in balneo occiditur, qui
mox ei suffecerunt Metium quendam seu
Mezentium, Armenium, quem Constanti-
nus filius Constantis in Siciliam cum exer-
citū ingrediens unā cum consortibus in-
terfecit, Catholico Principi suppetias fe-
rente Papa Vitaliano. Rebus in Occiden-
te sic compositis Constantinus rediit Con-
stantinopolim adiectis in Imperium fratri-
bus suis Tiberio & Heraclio collegis; di-
ctusque est *Pogonatus*, quia cum primâ la-
nugine egressus Constantinopoli, in eam
rediens ex Sicilia plenam barbam retulit:
Vir Patri in omnibus dissimilis, & ab eo
perperam facta sapientiâ suâ correcturus.

Mortuus est hoc anno Clotarius III. cui
successit Theodoricus & Chilbericus, qui
ambo regnârunt, cum Theodoricus antea
esset parte Regni exclusus ab Ebroino
Palatii Magistro Clotarii, nunc autem ad
Principatum vocatus, quia sic res Ebroini
modo

modò postulabant. Cùm verò uterq; incurrit in odium subditorum, ambo sunt attonsi, & in Monasterium SanDionysianum ac Lexoviense intrusi, ut per vim sapere compellerentur. Childericus exinde unus in Francia tota regnabat.

* (669.) * Vitaliano piè & sanctè, quemadmodum vixit defuncto, successit Adeodatus factus ex Monacho Papa, propter munificentiam suam omnibus acceptissimus.

Post discessum Constantini Sicilia à Saracenis vastata est; Maurus Ravennatis Ecclesiæ resistit Vitaliano & excommunicationis fulmine propter contumaciam percussus, insolenter anathema in Pontificem retorquet, ideò ab Ecclesia sua expulsus, neque tamen resipuit: Similem contumaciam prætulit Reparatus in locum Mauri succedens per Imperatoris auctoritatem adnitens omnibus viribus ut Ecclesiam illam faceret à Romana exemptam: hujus tamen contumaciæ tandem pœnitens obiit, & sedem reliquit Theodoro obsequentissimo erga sedem Romanam.

* (670.) * Osvvus Nordhumbrorum Rex pientissimus in Anglia moritur, in cuius locum successit Ecgfridus filius ejus.

S. Maxellendis Virgo Deo dicata quod
ARDUINUS

152

Ab anno 600. ad 700.

Arduino cuidam nubere recusasset ab eo
dem occisa Martyrium subit.

S. Projectus Arvernensis Episcopus eo-
dem tempore occiditur ab Hectoris Ma-
siliensis Episcopi amicis, quod cum Proje-
ctus apud Regem Childericum conquestus
esset, de plurimis ab eodem Hectori illatis
damnis Ecclesiæ Arvernensi, Rex faci-
norosum hominem gladio cædi jussisset.
Et hæc quidem sufficiens ad decus Marty-
rii causa existimata est, cum ob Ecclesiæ
suæ defensionem Projectus id passus sit.



DECAS VIII.

❖ *Ab anno 670. ad annum 680. ❖*

671. **C**hilbericus Francorum Rex, cum
Bobilonem ex nobilibus unum
servili suppicio ad stipitem distentum ver-
berari jussisset, aliisque indignis modis no-
bilitatem exagitasset, ab eodem Bobilone
occisus est: cui in locum successit Theodo-
ricus frater ejus quem in monasterium de-
truserat, & Ebroinus qui ejusdem Theo-
dorici partes tuebatur, ex monacho factus
est miles, strinxitque gladium adversus eos
quos passus est adversarios, & plures no-
biles trucidavit, restitutus à Rege summo
Magistratui Majoris domus. In-

Ingens cometa terret Orientem. Saraceni Liciam & Ciliciam invadunt, ipsi urbi Constantinopolitanæ ingenti apparatu bellico formidabiles.

¶(672.)¶ S. Audoenus Rotomagensis in Gallia Episcopus cum multis nobilibus Gallis ad limina Apostolorum Petri & Pauli Romam peregrinatur, ibidemq; donaria multa & pretiosa quæ Galli miserunt diversis Ecclesiis offert. Cumque aliquando ad S. Petri Confessionem hunc versum incepisset *exultabunt sancti in gloria, divinitus illi responsum est, G*lætabuntur in cūbilibus suis.

Obiit Reccesvinthus Hispaniarum Rex, vir piissimus & religiosissimus, cui sine filiis mortuo successit Vamba, per vim & invitum ad thronum electus: cuius electio dum inungeretur miraculo confirmata est, ex vertice inuncto in modum ascendentis vaporis columba candida sursum evolante, quo signo regni sub eo futura felicitas portendebatur.

Sebbi Rex Saxonum Orientalium, postquam triginta annis regnum administrâset, monasticam vitam cum uxoris consensu amplectitur, & paulò post de fine vitae instantे divinitus præmonitus sancte obit.

obit. Cùmque post mortem sarcophago imponeretur breviori, quàm procera statura exegisset, manifesto miraculo farcophagus se extendit, ut corporis recipendi congruâ longitudine capax esset.

Saraceni Constantinopolim obsident: contra quos Romani sæpe dimicant, à mense Aprili ad Septembrem usque: cùmque hyemâffent Cyzici anno sequente iterum obsederunt, semper ope B. Mariæ V. repulsi, redeuntesque ad Scyllæum promontorium, tempestate jactati perierunt. Eodem anno Dux alter Saracenorum contra Romanos Duces dimicans triginta milia suorum perdidit. Tunc temporis inventus est ignis, quem marinum, sive vulgo græcum vocabant, in aquâ ardescens, quo Arabum naves exarserunt; sed plurimum profuit ad illas viatorias Constantini pietas, omnibus copiis & machinis longè potentior.

¶(673.)¶ Grimoaldo Longobardorum Regi defuncto successit ejus filius Garibertus, qui mox sublatus est. Berdarius autem filius Ariperti Regis ex cæde fugiens hæsit apud Francos, & aliquamdiu in Britanniâ, ubi divinâ voce monitus est de morte Grimoaldi. Itaque rediens in patriam tertio mense à Regis morte, ab omni-

omnibus Longobardis Rex agnitus est. Insignis pietatis fuit, uti ex ejus & uxoris operibus colligitur.

Tyranni duo contra Vambam rebellant, Ildericus Gothus præfectus Galliæ Narbonensis, & contra eum missus Paulus Græcus, vir impius & sceleratus, ideoque brevi exterminandus.

* (674.) * Vamba fultus Vasconum & Francorum ac præcipuè divino auxilio adversùs tyrannos Ildericum & Paulum progreditur. Lustrato autem exercitu, quotquot deprehendit adulteriis inquinatos, eorum virilia amputari jussit, has Christiano duce ac Rege dignissimas voces edifferens: *Ecce jam judicium imminet belli, licet fornicari? ut Deus ad iracundiam provocetur? frustra progreditur ad bellum, quem iniqutatis comitatur exemplum.* Sic præparatus Vamba, & Angelorum insuper custodiâ exercitum suum visibiliter circumvallante præmunitus, sex mensium spatio utrumque tyrannum fortiter debellavit, omnibus sacris vasis & ecclesiarum ornamentis, quæ sacrilegè deprædati erant, receptis, & locis sacris, unde ablata erant, restitutis, & Paulum quidem barbâ rasum, coronâ ex corio coronatum, indutum fordidis vestibus, & nudum pedibus ac stri-

gofe

156

Ab anno 600 ad 700.

goso camelō impositum duxit ignominio.
sē in triumphum, ac deinde diris, sed pro-
meritis suppliciis affecit.

* (675.) * Celebrantur in Hispania
Concilia Toletanum XI. & Braccarense III.

Saraceni autem cum navibus ducentis &
septuaginta Hispanias aggressi, à Vam-
ba feliciter repressi, classe eorum exusta,
& non tantum terrestribus, sed & mariti-
mis præliis confecti & deleti sunt.

* (676.) * Adeodatus moritur, &
Donus Papa creatur, aliter Dominus &
Dominio appellatus.

Saraceni Madaitarum seu Maronitarum
metu, qui eorum ditionem in Syriâ ac Pa-
læstinâ invaserant, redemerunt à Constan-
tino pacem tributo annuo trium millium
librarum auri, virorum captivorum quin-
quaginta, & totidem nobiliorum equo-
rum, quo audito Avares quoque pacem
postularunt. Sic pax diu optata Impera-
toriæ pietatis præmium fuit, & Constanti-
nus allaborans Deo, sibi quoque Deum
habuit allaborantem.

De statu Ecclesiæ Anglicanæ refert Be-
da, illam Ecclesiam floruisse his tempori-
bus sicut paradisum, abundantem liliis sa-
crarum Virginum, violis Monachorum,
& sanctissimorum Antistitum coronis.

677.

¶(677.) Theodorus Constantinop: & Macarius Antiochenus Episcopus, signiferi duo Monothelitarum erigunt vexilla impietatis suæ, & Pontificum antecessorum (præter nomen Honorii, quem à suâ parte stetisse protervè mentiebantur) & Vitaliani nomina ex sacris Diptychis expungunt, inscio & nequaquam consentiente Imperatore. Sed de his quoque Ecclesiæ acerrimis hostibus postea Dei auxilio fretus Imperator victoriam retulit.

S. Audoenus Rothomagensi Episcopus moritur, pace priùs inter Neustrios & Austrasios compositâ. dignissimus Antistes, ut in pace æternâ requiesceret.

¶(678.) Donus Papa moritur, in cuius locum Agatho successit, natione Siculus, ex monacho factus Pontifex. Petebatur hinc universalis Synodus ad componendas Ecclesiæ lites, cuius cura demandata est Theodoro Exarcho, ut nihil Occidentalibus Episcopis ac monachis desset, & ne hoc concilium bellum exortum in Bulgaros turbaret, tributo cum eis Imperator pacatus est.

Imperator Theodorus Constantinop: Episcop: expulit fide, quia ausus erat Vitaliani nomine Diptychis expungere, ei- que Georgius Catholicus suffectus est, & pari-

pariter magnus obex pacis Ecclesiastica sublatus est.

Mahuvias princeps Saracenorum obit, reliquo successore Gygide, filio & regni ha-
rede.

Paulò ante obitum Mahuviae inventum est sudarium capitis Christi Servatoris, de quo scribit Beda, quod litigantibus de eo Christianis cum Judæis, ob grande, quod ejus possessoribus accidere confueverat, pecuniæ lucrum. Mahuvias Christum ju-
dicem precatus fuerit, ut controversiam miraculo dirimeret. Cumque in ignem su-
darium injecisset, inde veloci raptu effu-
gerit in altum, atque diu in aëre veluti vo-
litans ac lusitans suspensum tandem cunctis
utrimque intuentibus, in sinum alicujus
Christiani se leviter deposuerit, quo pro-
digio thesaurus penes Christianos per-
mansit.

¶(679.)¶ Multæ Synodi in Occiden-
te celebratæ, in Italia, Gallia, Anglia, ut
Episcopi Occidentales tantò paratores
Concilium magnum & Oecumenicum sex-
tum accederent, si res privatim accurate
priùs discussissent.

Pax quoque in Anglia composita est in-
ter Nordhumbrorum & Merciæ Reges
per Theodorum Angliæ Primatem com-
posi-

posito bello, in quo juvenis quidam captus nunquam vinciri potuit, quin vincula continuò dissolverentur, quia fratrem habuit sacerdotem, qui eundem defunctum existimans, fæpiùs missas pro animâ ejus celebrare consueverat.

¶(680.) Agathio Pontifex Romæ Synodum celebrat, dictam Generalem, 25. Episcoporū, in qua legatio decreta est Constantinopolini, eamque obiere tres nomine Episcopi, sed legati privatim fuere Theodorus & Georgius Presbyteri, Joannes Diaconus, & Constantinus Subdiaconus S. R. E. qui non disputatione, sed docerent, quænam esset Apostolica traditio. In professione autem fidei, cum scriptum esset, Spiritum S. ex Patre Filioque procedere, Græci nomen Filii turpiter expunxeré. Quæ nota hæreticorum communis est, libros & scripta corrumpere.

SYNODUS OECUMENICA SEXTA,

Seu Constantinopolitana tertia, contra MONOTHELITAS.

Inchoata est hæc Synodus septimo Idus Novemb. cum jam legati Romani Pontificis incepissent in ea sedere (ut annales Græcorum tradunt) 280. alii pauciores volunt. Locus erat Secretarium sacri Palagiod

quod cognominatum est *Trullus*, quæ vox adhibetur in iis quæ ad ædificium pertinent, pro sublimi fornice defuper in altum porrecto, & in rotundum concamerato, quem Itali dicunt *Cappulam*. In ejusmodi loco sex hoc anno actiones sive sessiones celebratæ sunt. Reliquæ sequenti anno, in quem hæc Synodus producta est, quia hæretici pro more suo tergiversati sunt, ut concinnius sua mendacia consuerent.

Romæ & in Italia, post solis & lunæ eclipses ingens contigit pestis, & visi sunt discurrere per urbem genii, bonus & malus, ita ut malus ad mandatum boni domorum ostia toties percuteret, quot funera ex iis efferenda essent. Nec ante remedium tanto malo allatum est, quam S. Sebastiano, ejus revelatione, in basilicâ S. Petri ad vincula ara poneretur. Unde tempore pestis in hunc Sanctum pietas extitit multis deinceps profutura.

Vamba Hispaniarum Rex, anno regni sui nono inchoato, lethiferâ potionē sibi per Ervigium comitem natione Græcum, datâ alienatus a fensibus ab Episcopis ac proceribus Hispaniæ monastico habitu & clericali tonsurâ initiatur. Sed ipse ad se reversus vestem deponere noluit, & monasterio volens se inclusit, atque ut se vere Chri-

Ab anno 600. ad 700.

161

Christianum profiteretur, eundem Ervigi-
um sibi successorem dixit.

Observandum circa hoc, in Hispania
viguisse tunc eam consuetudinem, ut cum
urgente ægritudine se quis proximè mo-
riturum putaret, ejusmodi monasterii ha-
bitu investiri peteret, quem si quis etiam
in opere suæ integræ rationis ab antistite mi-
nistratū quanquā nescius accepisset, haud
ulterius ipsi ad sæculum reverti liceret, sed
teneretur in perpetuum monachus perma-
nere, licet pœnâ dignus censeretur sacer-
dos ille, qui non petenti illum ministrasset.
Sic igitur Variba Dei iudicio assumptus in
regnum, hominum fraude eo privatus est:
Magno tamen animæ bono, ut qui reli-
quos vitæ suæ annos septem & ultrà, in
exercitio virtutum piissimè traduxit, æ-
terno regno terrenum permutaturus.



DECAS IX.

* *Ab anno Christi 680. ad annum 690.* *

681. **A**bsolutum est hoc anno Concili-
um septem aliis sessionibus. in
quibus damnatus est error Monothelita-
ram, & nominatim anathemate percussi
sunt procacissimi duo hæretici Macarius

H

Antio-

Antiochenus & discipulus ejus Stephanus Abbas, iidemque exauctiorati. Quæ dum fierent, plurimæ aranearum nigræ telæ visæ sunt in medium populum decidere de cœlo, quæ signa erant hæreses determinare atque sublatæ. Sunt & alii Monothelitiæ iisdem afflati fulminibus, Sergius, Pyrrhus, Petrus, Paulus, Episcopi omnes Constantinopolitani, Cyrus Alexandrinus, Theodorus Pharanites, quibus etiam permixtus legitur in actis vulgaribus Honorius Summus Pontifex, quasi sententia Sergii de una in Christo voluntate subscriptissim. Utrum autem Honorius tum verè damnatus fuerit, aut fuerit Monothelite, etiamnū hodie exagitatur in scholis quæstio, magno utrinque ardore propugnata. Affirmat Melchior Canus, negat autem ad hunc annum Christi Baronius, & negat Bellarminus de Summo Pontifice.

Mira fuit in hac Synodo temeritas Polychronii presbyteri & monachi Monothelite, mentientis, se divinitus monitum esse de constituendâ nnâ voluntate in Christo, qui etiam eo nomine polliceri ausus est, se mortuum suscitaturum, apponendo supra ejus corpus chartulam fidei suæ confessionem continentem; Cùmque hujus mirabilis

culi pollicitatione magnam populi partem post se traxisset, coacta est Synodus, ne fiduci Sacramentum levissimi hominis petulantia in discrimen adduceretur, indignissimam licet conditionem subire. Itaque concessit periculum publicè fieri, præsentibus etiam patribus & Imperatore, atque universo populo; sed cùm per plures horas mortuo insufurasset, nec excitare valuisse, adversus eum tanquam novum Simonem inclamatum est anathema à populo, ideoque in locum Synodi retraclusus, cùm nollet hæresin abjurare, è sacerdotio depositus & anathemate incusso expulsus est unà cum Constantino presbytero Apameensi Syriæ, qui duas in Christo operationes & unam tantum voluntatem, quasi mediâ inter Catholicos & Monothelitas viâ incedere volens, temerè afferuit & impudenter defendit.

Hoc anno liberata est Romana sedes à pensitatione pecuniæ, quam novus Pontifex pendere solitus erat, primùm à Gothis Arianis impiè imperatam, deinde à Catholicis non minori sacrilegio exactam.

* (682.) * Agatho Papa Synodum collegit hoc anno Romæ 200. Episcoporum.

Constantinopoli defuncto Georgio E-
H 2 piscopo

piscopo versipellis Theodorus Monotheita è sede expulsus, simulatâ fidei Catholicæ confessione redditum sibi præparavit, & in Georgii locum restitutus est, qui ex actis Synodi Oecumenici expunxit, quicquid sibi probrosum ob hæresis infamiam ibidem reperit, dissimulante etiam Imperatore, si non expresse consentiente. Persuasus enim erat Imperator, in suam verti contumeliam, si pateretur ultra inter hereticos in actis Synodalibus numerari, quem ipse restituerat. Unde etiam illud evenit, ut legati Romani variis prætextib⁹ diutiis Constantinopoli retinerentur, & interim Synodalia acta dimoveri non sine rentur, donec corrupta & adulterata essent.

* (683.) * Defuncto Agathoni Papæ succedit Leo II. natione Siculus, Pauli filius, vir pietate & eruditione præstantissimus, ab hoc Leone acta sextæ Synodi (à Theodoro corrupta) ex Græco in latinum translata sunt. Epistolæ autem ejus duæ ad Constantinum Imperatorem, & ad Ervigium Regem Hispaniæ, in quibus damnatus legitur Honorius tanquam Monothelita, spuriæ sunt: quare ex iis deprompta contra Honorium argumenta corruunt, adulterinis scriptis innixa.

Maca-

Macarius Antiochenus, aliquique Monothelitæ ex sexta Synodo Romam missi, & in errore pertinaces per diversa monasteria sparsi, & cæteri, qui ad sanam mentem redière in communionem recepti sunt: & pax Ecclesiæ restituta, ut ab iis tenebrosis nebulonibus turbari non posset.

* (684.) * Mortuus est Leo II. & successor ei creatus est Benedictus II. in cuius electione Constantinus Imperator concessit, ut qui deinceps eligeretur in Summum Pontificem, mox nullâ exspectatâ Imperatoris confirmatione ordinaretur.

Constantinus Imperator misit hoc anno ad Benedictum filiorum suorum Justiniani & Heraclii mallones seu cyrrhos capillorum, qui se ejus filios profiterentur, & sic fieret peculiari ratione eorundem pater, quem jam totus orbis terrarum patrem venerabatur.

Fuit porrò hæc abscissio & transmissio crinum tunc temporis symbolum, quo significaretur, esse aliquem alteri in filium oblatum & commendatum, quod idem fecisse memorant Carolum Principem Francorum, qui Pipinum filium suum ad Luitprandum misit, ut ei cæsariem præscindere, in signum paternæ curæ atque tutelæ.

* (685.) Constantinus Pogonatus, cùm

H 3

impe-

imperasset annis 17. Imperium reliquit filio suo Justiniano II. pœnè adhuc puer, cuius tamen Deus rector & minister fit. Abimelechus enim Saracenorum Princeps cum eo initam à parente concordiam renovavit, aucto etiam tributo. Leontius autem cum exercitu missus Armeniam, Alboinam, Iberiam, Hyrcaniam, Mediam, cæsis aut expulsis Saracenis, Romano Imperio acquisivit, cœlo pietatem patris etiam in filio remunerante.

S. Benedictus hujus nominis II. obiit, cui successor datus est Joannes V. natione Syrus, unus ex legatis sextæ Synodi, cui nec pietas, nec prudentia, nec eruditio defuit.

Supra modum sœviit hoc anno Rex Galliæ in Sanctos & Innocentes, cuius jussu, vel potius Ebroini tyrannide Synodus in Gallia celebrata est, in qua Lambertus Trajetensis, Amatus Senonensis, Leodegarius Augustodunensis exiliis aliisque malis crudeliter afficti sunt. Et quidem Leodegario sapientissimo sub Chilperico Rege administrō, longo carcere ac diuturnâ fame edomito, eruti oculi, plantæ extæ, lingua ac labia rescissa, ac post multa atrocia tormenta caput amputatum est, quibus pœnis Sanctorum cultum promeruit.

Quar-

Quarinus quoque hujus sancti frater ad palum alligatus lapidibus obrutus est. Sic sœvit impius Luxoviensis excucullatus monachus, ut non ex claustrō, sed ex inferis dæmon erupisse videretur.

HÆRESIS ARMENIORUM.

1. Deum insimulabant mendacij.
2. Docebant Spiritum S. à Patre solūm, non item à Filio procedere.
3. Asserebant Christum Dominum sabbatho post Parascevem à mortuis surrexisse, horā diei sextā, tametsi scriptura non obscure significet, *S* Christus promiserit, se tertiā die resurrecturum.
4. Judaico ritu sacrificabant cæsis bobus *S* agnis, *S* pascha non jam Dominico corpore, sed agno tosto celebrabant.
5. Cruci nullum prorsus honorem exhibebant, nisi eam prius humano ritu baptizâssent, *S* in ejus centro clavum defixissent, quo significabant unum è Sanctissimâ Triade ligno affixum fuisse, prætereaque sanguine sacrificialis agni inunxissent.
6. Humano arbitrio nullatenus peccatum, sed dæmonis impugnationibus adscribebant, sine quibus peccatum nullum fore, contendebant.
7. Asserebant, si primi parentes siti à peccato temperâssent, non futuram corporum mixtionem, neque humanum genus corporum commixtione propagatum iri.

H 4.

8. Nega-

168

Ab anno 600. ad 700.

8. Negabant peccatum originale.
9. Statuebant omnes mortales Christi passione anteriores & eternis suppliciis damnatos esse, id que non ex culpâ originali, sed ex proprio peccato Adami.
10. Sacramentis omnem prorsus vim adimberant conferendæ gratiæ, quantavis dispositione quis accederet.
11. Res sacras promiscuè vendebant.
12. Quamvis adimerent Sacramentis vim conferendi gratiam, Negarent peccatum originale, Baptismum tamen medium ad salutem omnino necessarium contendebant.
13. Fidelium liberos non baptizatos in terrestrem paradisum mittendos, infidelium verò una cum parentibus suppliciis & eternis mactandos credebant.
14. Ajebant Baptismum sine Chrismatis unione nullum esse.
15. Baptismum sine Eucharistia nemini conferebant.
16. Baptizatos in Ecclesiâ Romanâ rebaptizabant, quod in eâ verum Baptismum esse negarent.
17. Contendebant nefas esse panes azymos consecrare, Latinos Azymitos vocabant. Nec Latinorum presbyterorum quenquam ad sua altaria admittebant, Si quisquam illis invitatus aut insciis fecisset in arâ sacrificium, aram ipsam tanquam profanatam ablucebant.

18.



18. In Eucharistia mero vino, nec minima aquæ stillâ utendum esse docebant, **S** id astutè, auctore Nicephoro, ne duarum in Christo naturalium unionem, quam oderant, factam adumbrarent.

19. Negabant indirectè saltem Christi corpus realiter esse in Eucharistiâ, cùm dicerent sacrificium panis carnis **J E S U** Christi (**i**d est ejus panis, qui est caro, **J E S U** Christi) nequaquam Christi esse corpus, sed divinitatis, quæ ineptissima chimæra est.

20. Eucharistiam corporis duntaxat incolmitati utilem, sive ut alij malunt, neque utilem neque noxiā esse.

21. Neminem è Judæis, nisi sacerdotali stirpe genitum ad sacerdotium admittebant.

22. Fingebant peccata quedam esse, quæ à nullo penitus sacerdote remitti queant.

23. Negabant matrimonium esse Sacramen-tum.

24. Solvi posse matrimonium, quando con-jugatis id visum fuerit.

25. Purgatorium explodebant, sicut **S** preces pro defundis.

26 Inferorum pœnas æternū duraturas negabant, atque sic mentientes infernum cum purgatorio permutabant, ipsi suis se contrariis erroribus oppugnantes.

27. Omnes damnatos à Christo inferni loca subeunte, inde ereptos comminiscerantur. 28.

28. Negabant faminas post resur refectionem
ullas fore, sed omnes in viros commutandas.

29. Nullas omnino animas ante judicij diem
vitâ frui beatâ docebant.

30. Negabant divinam essentiam à beato
conspiciendam, sed ejus radium duntaxat, ac
lucem quandam in qua Dei felicitas nostra fu-
tura sit.

31. Tempore quadragesimæ tantum diebus
dominicis & Sabbathi latte Caseo & ovis ves-
ticatum esse dicebant.

¶(686.)¶ Joanni Papæ hujus nomi-
nis V. defuncto subrogatus est Conon
Thrax natione, educatus in Sicilia & fa-
tus Romanæ Ecclesiæ Presbyter qui sta-
tim ad Exarchum Theodorum legatos mi-
sit: Sic enim de suo jure Imperatores re-
miserant, in electione Romani Pontificis,
ut à vicino exarcho consensus obtinere-
tur. Ex quo illud malum oboriri cœpit,
ut ambientes Pontificatum per Exarchi
ministerium illum quomodocunq; conse-
qui conarentur: Unde schismata sœpius
confiata sunt.

Justinianus Cononi restitit, ejusq; lega-
tos Constantinopolini missos prævaricari
coëgit, adeò Imperatores illi Orientis parū
in officio suo constantes extitère, & pœnè
sem-

semper filii parentibus dissimiles fuerunt.
Quemadmodum & hic Justinianus formam
fidei Catholicæ a parente suo Constantino
sibi traditam non nihil emotam turbare au-
sus est, qualitercunq; alias de Romana Ec-
clesia mereri voluerit.

Memorabilis hic annus fuit Francorum
Orientalium conversione quando S. Kili-
anus nobilibus parentibus in Hybernia na-
tus, sacris litteris probè imbutus, virtuti-
bus pariter exornatus Romanam profectus
est, & a Conone Pontifice Episcopus crea-
tus potestatem accepit gentibus prædi-
candi, atque inde in Germaniae Provinciam
dictam Orientalem Franciam, quam jam
antea lustraverat adveniens gentem illam
una cum Duce illius Gosberto a cultu ido-
lorum ad Christi fidem convertit: in civi-
tate Warburg sive Heripoli dictâ sedem
constituens, ibidemque postea Martyrio
coronatus est. Porro aliis hic Kilianus est
ab illo ejusdem nominis, etiam Hyberno,
quigloria Confessionis illustris claruit in
territorio Attrebatensi.

¶(687.)¶ Mortuus est hoc anno Co-
non Papa, & ejus morte conflatum est
schisma inter Theodorum Presbyterum &
Paschalem, populo in duas factiones divi-
so, tandem convenientibus inter se de Cle-

re,

ro, optimatibus & judicibus iis antepositus est Sergius natione Syrus, cui statim cessit Theodorus Archipresbyter, (quanquam alii hunc Pontificem fuisse velint, nec Sergium sedisse Pontificem, nisi eo mortuo) Paschalis autem ad Joannem Exarchum accessit, promissis ei centum auri libris. Qui cum Romanum venisset & cognovisset Sergium legitimè electum, Paschalem, quidam omisit, sed à Sergio alias auri libras centum extorsit ab Ecclesia S. Petri. Paschalis verò detectus sortilegus & idololatra, Archidiaconatu depulsus, ac retrusus in Monasterium ibidem obiit, neque Pontifex, neque Archidiaconus, sed impoeniens Monachus.

In Hispania Ervwigio mortuo succedit Egica seu Egicares Wambo consobrinus (alii ponunt filium fuisse) in memoriam Wambæ adscitus præteritis demortui Regis liberis, quia illos Patri quam avos simiores futuros Hispani suspicabantur.

Hoc anno interfectus est Ebroinus magister Palatii Theodorici ab Hermenfrido nobili viro, cui bonorum omnium jacturam interminatus erat. Hic eo cæso statim ad Pipinum fugit, Austrasiam tunc sancte administrantem, & boni omnes de hominis scelerati morte ingentem voluptatem receperunt.

¶(688.) Theodoricus Francorum Rex obiit Attrebati, & reliquit ex Regina Clodoilde, seu Noda aliter & Solinda dicta Clodovæum & Childebertum, quorum ille successit patri, Clodovæus III. Rex Francorum decimus sextus, hæres regni paterni, & simul hæres inertiae. His enim temporibus Reges Francorum, cùm vel adhuc ætate imbellis essent, vel voluptatibus servirent, regii tantum nominis, non regni erant atlantes, sed Majores Domus (prout appellare consueverunt) totam regiminis molem & curas sustentabant.

¶(689.) Hoc anno S. Kilianus cum sociis duobus Colomanno presbytero, & Totnano diacono in Franconia Herbipolitanam sedem martyrio consecravit, cæsus à Geila Gosberti Franconiæ Ducis uxore, quam ante Baptismum fratri suo eripuerat, ideoq; sæpius à S. Kiliano illud sibi prædicari audierat: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, quod Geilæ sicut olim contra Joannem Baptistam ita Herodia-dis, furorem & vindictam accedit. Ut patrata cædes occultaretur super corpora occisorum sepulta, stabulum Equorum Gaila extrui curavit. Quare Gosbertus Herbipolim reversus, aliquique omnes præter Sicarios existimârunt Santos vi-

ros

174

Ab anno 600. ad 700.

ros pro more suo peregrinationes sanctas obire. Tandem uno è Percussoribus ipsaque Gaila a dæmonibus correptis tum facinus detectum, tum corpora reperta, & in Divinæ vindictæ cumulum ipse etiam Dux Gosbertus à suis interemptus & filius ejus & cognati à Franconiaæ administracione expulsi sunt.

S. Ceadulla Rex Occidentalium Saxonum Romanam venit ex voto reliquo diadema, ibiq; baptizatus à Sergio, adhuc in albis terrestre regnum cœlesti gloriose permutavit.

* (690.) * Cum Saraceni hoc anno tributi nomine auri massiam offerrent, quæ signata non erat imagine Imperatoris, ut ipse exigebat, hac levissima de causa ruptâ pace bellum atrox erupit toti Orienti fatale: atq; hoc facto Justinianus se imprudentia & moribus magis quam nomine Juniores præstigit.



DECAS X.

* *Ab anno 690. ad annum 700. **

691. **M**Ortuo hoc anno Bertherido Longobardorum Regi successit filius ejus Cunipertus, qui mox Alachum Du-

Dussem Tridentinum impium & Ecclesiastis perinfensum hominem bello appetit, & ad singulare duellum stante utrinq; acie prius provocatum cum aleam subire nolle oblatæ Monomachiæ, una cum exercitu suo vicit & interfecit. Voverat sacrilegè tyrannus iste, integrum se puteum impleturum de testiculis clericorum, si Deus vitioriam de Cuniberto largiretur. Sed obstatit Deus tam barbaro proposito, & S. Archangelus Michaël pugnare visus est pro Ecclesia & Ecclesiæ ministris, ne manus nefandi tyranni inciderent.

Paulo Constantinopolitano Episcopo succedit Gallinus homo novarum rerum cupidissimus.

* (692.) * Constantinopoli celebrata est Synodus dicta ERRATICA, in qua conditi 103. Canones, quasi appendices sextæ Synodi. Dicta quoque QUINISEXTA, quasi hæc appendix quintam & sextam Synodum absolvisset. Reclamavit huic Conciliabulo Sergius, reclamaverunt etiam tres alii Patriarchæ, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, nullis etiam minis & furiis Imperatoris Justiniani potuit permoveri Pontifex ut Canones Romanos missos confirmaret. Qui idèò Protospatharium suum Zachariam

Romanum

Romam misit ut Papam Constantinopolim deportaret. Sed Deo adjuvante in tempore opportuno factum est ut Italica militia Ravennā & aliis ex locis cum Ducibus suis Romanum veniens Sergium a periculo liberaverit, Zachariam autem tam contumeliosè & acerbè exceperit, ut & in Pontificis cubiculum se recipere, imò etiam in eus se se lecto abdere coactus sit; ubi absconditus pro angustia timoris hypotymam passus est. Quare plus vitæ suæ conservandæ quam Papæ abducendi sollicitus paulo post Urbem reliquit.

Justinianus Imperator hoc eodem anno quo tam nefanda contra Pontificem & Ecclesiam moliri ausus est, justo Dei Judicio per suos Duces proditā Armenia impietatis suæ pœnas luere cœpit, & Gallinus Constant. Episc. omnium malorum concinnator postea ab eodem Augusto oculis orbatus & in exilium missus est.

Ab hoc tempore indies magis & magis: Græca Ecclesia in deterius prolapsa est. Ut valde brevibus & paucis interstitiis ad nostra usque tempora cum Romana Ecclesia conjuncta & unitate veræ doctrinæ unita fuerit. Quamvis Ecclesia Romana semper benignam se matrem exhibuerit, iteratis monitionibus & beneficiis ab erroribus

bus ad veritatem & communionem revo-
cando, partim etiam quoad fieri potuit in-
dulgendo. Hinc Pseudo-Synodo huic
Quini-Sextæ aliisque conciliabulis sem-
per quidem se opposuit tanquam tradi-
tionibus Patrum & antiquorum Concili-
orum decretis adversantibus, toleravit ta-
men multa in Græcis, etiam connubia Cle-
ricorum & alia ejusmodi quamdiu Catho-
licæ fidei & unitati non è diametro adver-
sarentur. Sed qui inter alia confregere
jugum à Patribus custoditum Ecclesiastici
cælibatūs iidem & in reliquis procaciter
refragati sunt, eoque prouerunt, ut post
longam patientiam vindex Deus tandem
in ultionem scelerum exurrexerit, & virgâ
furoris Assur populum pervicacem peni-
tus contriverit.

Mortuus est hoc anno Rex Galliæ Clo-
dovæus III. cui successit Childebertus in-
dolis bonæ, sed uti frater ejus sub Ebroi-
no, sic ille sub Pipino Crasso Magistris Pa-
latii, juris alieni fuit. Tunc temporis enim
hi Franci Principes uti nobiles bestiæ à
suis magistris Palatii regebantur.

¶(693.)¶ Sisbertus Episcopus Tole-
tanus conjurationis in Regem Egiconem
reus Episcopatu & bonis exuitur in Con-
cilio Toletano & in exilium amandatur.

In

In eodem Concilio Statutum est, ut per totum regnum Hispaniae singulis diebus missæ pro incolumitate Regis dicerentur, excepto die Veneris sancto, quo in memoria passionis Christi altaria denudantur. Ex quo Concilii statuto colligere licet, jam tum in Ecclesia viguisse ritum illum altaria in die passionis denudandi.

Duo sancti Hewaldi Presbyteri ambo ex Britannia in Germaniam ad prædicandum Evangelium profecti cæsi sunt a rusticis, & corpora eorum in Rhenum flumen projecta per quadraginta millia passuum contra impetum aquæ decurrentis translata sunt ad locum ubi socii eorum versabantur, atque tum è radio lucis eadem illustrante, tum revelatione divinâ cognita, à Pipino Francorum Duce, & Majore Domus Regiæ Coloniæ sepulta sunt.

¶(694.) Leontius olim Præfatus Orientis, & jam triennio ob calumniam detentus in carcere, & Imperatoris jussu emissus, ut præficeretur Græciæ, amicorum hortatu seditionem in Justinianum concitavit, & Imperator acclamatus est. Justinianus ob crudelitatem & ob sacra contempta jam populo invisus, captus & præcisis naribus, (unde postea Pirōtum quod idem, ac truncus naso, appellatus

tus) Chersonam in exilium relegatus est. Theodorus Monachus, & Stephanus Saccellarius, præcipui ejus crudelitatis administrati, funibus ad pedes alligatis in forum petrasti, & ibidem vivi combusti sunt.

In Hispania nequissimorum Judæorum conspiratio detegitur adversus Regem ac Regnum, & omnes in eo Christianos, quos opprimere & tollere machinabātur, Judæis qui habitarunt in Africa in societatem coniurationis pertractis. Propterea in Concilio Toletano, quod tunc à simul congregatis Episcopis celebrabatur, statutum est ut omnia Judæorum bona fisco adjudicarentur, & imposterum liberi eorum septimo anno ætatis suæ, divellerentur à parentibus suis, & Christianorum ritu educarentur, iisdemque nuptiarum fædere jungerentur, ad totam impiam gentem paulatim exterminandam.

Invaluit circa hæc tempora deformis abusus circa sacrificium missæ, dum scilicet aliquis odio adversus inimicum flagraret, ut ille citius è vivis desineret, pro ipso offerebat vel offerendum curabat missam pro defunctis legi solitam. Ad quem abusum tollendum Synodus Toletana hoc anno excommunicationem & exilium perpetuum decrevit.

695. Sar-

¶(695.) Saraceni sive Arabes ceperunt Africam hoc anno, unde à Joanne Patricio illuc à Leontio missis iidem eëdi, paulò pòst cuin magnâ classe redeentes Joannem inde expulerunt.

¶(696.) Romani milites metuentes redire Constantinopolim propter Africam amissam, motâ seditione Absimmarum Imperatorem creârunt, eumque Tiberium nominârunt, qui Constantinopolim veniens Leontium captum naribus præcisis in quoddam Dalmatiæ monasterium relegavit. Saraceni autem inter has turbas Africæ possessionem sibi firmârunt, in quam præter Manichæorum, Donatistarum, & aliorum hæreticorum, morum insuper pessimorum colluvies confluxerat.

¶(697.) Fides mirificè propagatur in Germania, Frisia, Batavia, & proximis iis Germaniæ partes verum Evangelium amplectuntur, opera S. Wilbrordi Trajentensis ad Rhenum Episcopi, & Svidberti Verdensis, qui & verbo & opere potentes erant ad barbaris gentibus veram religionem inspirandam.

¶(698.) Cæsus est hoc anno S. Lambertus Tungrensis sive Leodiensis Episc. à Dodone fratre Alpaidis, quæ Pipini plex erat, quod sæpè Pipinum de adulterio argu-

arguisset, cùm hic haberet uxorem Plectrudem. Ut constaret, quantum vir sanctus pellices aversaretur, omnibus aliis sine repulso ad mortui sancti corpus osculandum admissis, si qua pellex accederet, quasi turbine quodam exagitata retrocedere compellebatur. Dodo & omnes cædis consciit haud multò pòst miserè perierunt, Pipinus autem, quamvis magno dolore ex Sancti morte afficeretur, pellicem tamen retinuit, quod ex ea Carolum Martellum genuisset, quem propter egregias animi dotes impensè diligebat, & qui ejus familiæ (quamquam notus) magnus propagator extitit.

(699.) S. Hubertus filius Bertrandi Aquitaniæ Ducis per Sergium Papam divino monitu consecratus est Episcopus Leodiensis. Unde hæc civitas speciali titulo filiam se Romanæ Ecclesiæ scribit, hac inscriptione sigillo inditâ, *S. Legia Romana Ecclesiæ filia.*

S. Althelirus Schireburgensis in Angliâ Episcopus hoc anno ad limina SS. Apostolorum peregrinatus, dicitur ibidem Sergium à caluminia progeniti ab eo ex incestu pueri liberasse, cùm eundem puerum novem tantum dies natum coram omnibus in virtute J E S U Christi interrogasset, num Sergius eo criminе commaculatus esset?
respon-

respondisse ad hoc infantem clarâ voce,
Sergium nihil commercii cum fœminis ha-
buisse.

¶(700.)¶ S. Wulfrannus Episcopus
Senonensis divinâ revelatione factâ, ad
Frisios transit, ubi Christi fidem valde
promovit. De Duce regionis hujus Rad-
bodo memorant, eum jamjam baptizan-
dum à sacro lavacro recessisse, ne à suis
majoribus in alterâ vitâ avelleretur. Obiit
Wulfrannus in monasterio Fontanellæ,
corpus autem ejus hodiecum servatur ma-
gnâ religione Abavillæ, ubi magnifice co-
litur & miraculis claret.

HÆRESIS CHAZINZARIORUM.

VNAM isti ex præcipuis Armeniorū sectis con-
flabant, ac de nomine Chazus, quod verna-
cula eorum lingua crucem sonat, Chazinzarî
appellabantur, quod præter Crucem nullam om-
nino imaginem colerent; hinc etiam factum est,
ut Staurolatræ, sive crucis adoratores vulgo di-
cerentur, à reliquis sectis in eo etiam dissidebant,
quod duas quidem in Christo naturas agnose-
rent, sed Eutychianismi vada declinando, in
Nestorianismi scopulos, personas uni Christo du-
as adscribendo impigerint.

Chazinzarî quot annis jejunium statis tempo-
ribus celebrabant, eo animo, ut interitum com-
plora-

plorarent dæmoniaci cuiusdam canis, cui Artziburizi nomen à suo hero Sergio illorum pseu-
do-Propheta fuerat impositum, quem, quoties
ad illos adiret, veluti prodromum præmittebat,
unde factum, ut illud jejunium Artziburizi no-
minaretur. Amentia planè belluina.

HÆRESIS THNETOPSYCHITARUM.

HÆc hominum fœx animas unà cum corpori-
bus non secus ac belluarum extingui fabula-
ta est, cui nomen ipsum aptè respondet.

HÆRESIS THEOCATAGNOSTARUM QUI ALIAS BLASPHEMANTES ET CONTUMELIOSI DICTI SUNT.

His nominibus appellantur, quod certa quæ-
dam facta, tum in Deo tum in Sanctis argu-
ere ausi sunt.

HÆRESIS PAGANIZANTIUM.

*Qui etiam ETHNOPHRONES
appellati sunt.*

Huiusmodi nomen iij acceperunt, qui Christia-
ni esse, Tales videri voluerunt, S nihilo-
minus ethnicorum superstitiones cum Christianâ
religione confuderunt, judiciariam astrologiam,
divinationes auguria, sortilegia, beneficia, cæ-
teraque id genus deliramenta impie S more eth-
nicorum approbabant S settabantur. DE

DE PARERMENEUTIS SEU FALSIS
INTERPRETIBUS, LAMPETIANIS,
AGINNENSIBUS, ET MARO-
NITIS.

PARERMENEUTÆ dicebantur, qui sacra
scripturas ad suam mentem accommodate ex-
posuerunt.

LAMPETIANI sic dicti à Lampetio quodam,
dicebant eis, qui inter monachos viverent in
cætibus religiosis, licitum esse eam vivendi ratio-
nem sequi, eumque corporis habitum usurpare,
quem quisque vellet. Secundò vota omnia dam-
narunt. Tertiò Arianis in multis erroribus aliis
adhærebant.

AGINNENSES graveolentem impetiginem
variorum hæreticorum antecedentium refricue-
runt circa annum 694. nominatim verò cibos,
quorum auctorem Deum esse negabant, in ma-
trimonium abominabantur.

MARONITÆ à quodem hæretico, cui nomen
Maron, dicti. Hi cum Eutychete, Diocoro &
Acephalo unam duntaxat in Christo operatio-
nem & voluntatem afferebant. Orta est hæc se-
cta anno 699. & cum per quincentos annos à si-
delium consortio fuisset exclusa, divino tandem
instinctu resipiscens Ecclesiæ Romanae reconcili-
ata est per manus Aimerici Patriarchæ Antio-
cheni, unde etiam Patriarcha Maronitarum ge-
nerali concilio Romæ habito 1215. sub Innocen-
tio III. interfuit.

SÆCU-